




Magna & V.



ni fido senoi

7218

Amam?

am an to

Handwritten scribbles and initials.

Handwritten scribbles and initials.

~~Zamir...~~
 quamquam proverbium inquit ex ma
 gno corpore parva opera nascuntur
 in sen. domino petro com dicitur
 nom magna loc familiaris suo fabiani
 probati 5 decarnaval, salta ten
 quamquam proverbium inquit ex ma
 gno corpore parva opera. in petro uolent
 ut illud proverbium quod paulo ante tra di
 tum est in epistola mea. ut me de die gtu
 tum cum propter singulari egeris
 tum utro propter egregias amicitias uix
 tes ideo of cupio nullum iudicium seque
 ris. ^{ipso} labis interer eriatu. non tene credi
 co. colies ^{huius} iste magister ^{notior} ^{lu} ^{glia} ^{occe}
 capteus ^{et quid in interiori} ~~sed~~ ~~namo~~ ~~pro~~ ~~ditus~~ ~~de~~ ~~lat~~ ~~no~~
 bis ad epistolam componendam reliq
 ui omnes pro suis viribus laborant pro
 fe xum in medium. leturas suas. medica
 m ditata siue bene stueni nus mone pre
 er ^{sempre} letalem in ferim dolor capite vexat
 te in ferim. queris. pa angustia te. a sig
 mporis numquam destibi cau ^{salu}
 non legendi. ego. consulere ^{curbis} ^{tom}

Ecce cum tuis sis vir ego autem puer
 in petre non ante oculos istud dictum est
 sed ~~ante~~ non tempus signi tiam nec
 socordia haec via quia tu quaderis
 omnino peris insudat literis per hoc
 tes dies ut virum fortenderet si sem viru
 in fortem deest nil faciat invictus nihil
 dolens nihil incoactus sal prolixius
 scriberem nisi crederet. idem omni
 nosensisc. & ad haec omnia tuonutu
 se paratum vale. ^{quidam}
 habes ~~et~~ ^{memulis benef} ~~et~~ ^{facis benefis} ~~ad~~ ^{ad} ~~drin~~ ^{drin} ~~um~~ ^{um}

[Faint handwritten notes and signatures, including the name 'Jorg' visible at the bottom.]

De Col. de las Canj de H. de G. de B.

**MICHAELIS
 VERINI POETAE**

Christiani de puerorum **V-8721**

moribus Disticha,

Cum luculenta Martini Iuarrae Can
 tabrici expositione.

Huic puer incumbas ingenti pectore libro,
 Funderere si prompte uerba Latina uelis.



LVGDVNI,
 Apud Ioannem & Franciscum
 Frellonios fratres.


1546

BERNARDVS VILLAPLANA,
Tarraconensis, Aquitanae
iuuentuti.

Disce, precor, sanctos florens Aquitania mores,
Dicce quibus felix ibis ad astra senex.
Perlege Verinum diuina mente poetam:
Perlege, si certam peruclis ire uiam.
Quicquid Aristoteles docuit: Socratesq; Platoq;
Hoc unus gyro colligit ille breui.
Qui cum mendosus nulla non parte iaceret,
Totus Sparroni seculitate nitet.

Bert. C. M. Sparronus.

Disces parthenium, pura sed mente poetam:
Est morum, et uita regula, sensq; pie.



Martini Iuarræ cantabrici com-
mentariorum in Michaëlis Verini Poë-
tæ de moribus puerorū Disticha,
ad clarissimos patres Bar-
chionensis rei public-
cæ consiliarios
Præfatio.



VANQVAM sanctissimus, atq; amplis-
simus magistratus uester reipublicæ nostræ,
Patres Consiliarij, ipsa quoq; meritorum ue-
strorū incredibilis magnitudo longè alia ope-
ra, quàm quæ exiguis ingenij nostri uiribus comparari que-
ant, sibi dicari postulant: ego tamen et mei ipsius medio-
criter conscius, et commentariorum breuitatis haud obli-
tus, non ita rem auribus uestris dignam factururus, quàm illa
potius clementia, et humanitate uestra fretus, quæ uos ma-
gnos in primis, ac religiosè uenerandos facit, operæ precium
dixi primas nostræ operæ lucernas ad uestram benignita-
tem potissimum mittere. Nam et si paucissimarum litera-
rum munere talium uirorum præstantiam, nedum magistra-
tus sanctitatē, minus æquare possumus, uolūtate certè pro-
ximè accedimus. Quæ, ut Apostolus testatur, secundum sci-
cultatem acceptabilis est, non secundum quod non habet.
Fecimus id quidem partes obseruandi primò ut Michaëlis
Verini Christianissimi poetæ sanctissima de puerorū mori-
bus disticha, quæ antehac sine interprete tãquam cymba si-
ne rectore in medijs procellis uexabantur, egregia de uestris
nominibus sumpta authoritate, sub quorum tutela nostras

interpretationes sine omni inuidia lectū iri spero, in lecto-
rum aures fortius, gratiusq; subirent: deinde quod si quid
est in me ingenij (quod sentio quā sit exiguum) aut si qua
exercitatio scribendi, in qua me non inficior mediocriter
esse uersatum: aut si huiusce rei ratio aliqua ob optimarum
artium studijs, ac disciplina profecta est, à qua ego nullum
confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse, nullis toto orbe
mortalibus iustius, quā optimis consiliarijs, etiam de me
bene meritis nostræ lucubrationes fuerunt dedicandæ. Sed
si parum cumulatè liberalitati uestræ gratiā refero: quaeso,
obtestorq; ne meæ naturæ potius, quā magnitudini uestro-
rum beneficiorum id tribuendum putetis. Quæ enim tanta
potest existere ubertas ingenij? Quæ tanta dicendi copias?
Quod tam diuinum, atque incredibile genus orationis, quo
quisquam possit uestra in me promerita, nō dicam comple-
ti orando, sed persensere numerādo? Nam quod ad eas uir-
tutes, quibus maximè præstatis, attinet: quis Ioānem Aquilariam consummata morum honestate cum Catone illo, à
quo, ut Cicero dixit, rem improbam petere nemo audet, con-
tendere ignoret? Quis Galcerandum Fibularium alto pru-
dentie robore Quintum Fabium cunctatorem æquare infici-
cietur? An est qui Franciscum Iugentum excelsa animi ma-
gnitudine ad Scipionem illum superiorem accedere nesciat?
Nōne Petrus Dabea patrocinio plebi summa cum cuiuum
concordia præstando alter à Tyberio Graccho uiuit? Cer-
tè Stephanus potius rerum urbanarum scientia Caij Lelij
persimilis habetur. Qui omnes ea prudentia, iustitia, &
æquitate pulcherrimam hanc rempublicam, quæ nobilem,
imaginem, ut ego sentio, atque antiquam Romanæ republi-
cæ maiestatem præ se fert, moderamini: ut maioribus nostris
pares, minoribus uerò exemplo etiam profuturi censeamini.

Sed

Sed iam de Verino poëta quidem parthenio (id est uirgineo)
cælorum archangelo duce, cuius nomine appellatur, non
solum disticha de moribus scripsisse, sed uel magis specimen
continentiæ uixisse existimatur, silere in præsentiarum me-
lius puto, ut Sallust. de Cartha. inquit, quā parum dicere.
Illud à ueritate haud quanquam abhorret, hunc uatem nemi-
ni uel Latinorum, uel Græcorum, addo etiā (si fas est) He-
breorum hoc genere præcipiendi esse postponendū. Quam
obrem eius operi cum Latino, & planè poëtico, tum uerò,
quod longè speciosus est, Christianissimo, quodq; tenellis
potissimum puerorum, puellarumq; animis iucundissima, ac
tutissima ad cælestem patriam uia est, uobis inseruendo pa-
tres obseruādi studiosis scholaribus prodesse satis magnam
industriæ nostræ mercedem existimantes, operam nostram
quā paucissimis accommodauimus. Qua in re utinam ali-
quid huiuscemodi de nobis dici debeat, quale illud Cice. de
Diuinatione habetur, Quorum omnium interpretes, inquit,
ut Grammatici poetarum, proximè ad eorum, quos inter-
pretantur, diuinationem uidentur accedere. Valete.

MICHAEL Verinus, Sicuti ego accepi, minorem è
Balearibus habuit patriam: de quibus Hispaniæ in-
sulis Plin. libro iij. scribit: Baleares funda bellicosas, Græ-
ci gymnāsias dixere. Natus est Vgolino patre uiro (ut Poë-
ta, & Politianus testantur) liberalibus studijs perdocto,
quem Verinorum cognominatum ferunt. Nam Verinorum
quidem clara in ea insula extat familia. Literarū gratia Ro-
mam puer admodum deportatus, ubi & pater frequens uer-
satur, Paulo Saxiæ Ronciloni grammatico, ac rhetori,

necnon uersificatori suppositus est: à quo artem metricā didicit, quā rem poeta non dissimulaturus, Distichorum opus sic illi dedicat: Quæ didici reddo carmina Paule tibi. Ingenio, & mentis uiribus (quanuis adolescentulus) extra aliorum condiscipulorum aleam tam insignis apparuit: ut si longiori uita fungi licuisset, Tibullo, Catullo, aut Propertio, & (nisi fallor) Martiali haud postponendus foret: nisi quod uerecundior his omnibus, grauiorq; , ac uerè Christianus scriptor erat, Certè in his, quæ sententiarum Distichis reposuit, lōgè illos antecelluisse censetur. Quid quòd Christi Dei nostri religione (& ut ipse sentit) incontaminata uirginitate Diui Ioannis Baptistæ solertissimus uixit imitator? Quare eius tempestatis uiri docti dubitant, ingenij perspicuitate, an morum synceritate haberi debeat præstantior. Quippe qui ab eo cælorum Archangelo, cuius nomine appellatur, non solum in scribendo, sed uel magis in uiuèdo adiuuus uideatur. Cuius disticha cum legimus, non tam sententiam sapientum, quàm cælestia quædam oracula audire uidemur. Quibus quidem præter Latinos, & Græcos scriptores, ac Iudæorum prophetas, ad Salomonem, ad Ecclesiastem, ad Sapientiam, ad Ecclesiasticum, quæ potissima uidebantur excerpens, accedere cōtendit. Heroicum carmen tribus dūtaxat uersibus expertus est, ita incipiens: Luxuria est prædulce malum. Quod argumento est potuisse eum ultra illa, quibus contentus uixit. Statura fuit mediocri, colore candido, oculis uiuacissimus, spiritu afflicto, sermone non ita tardus, quam consulto rarus. Amicos habuit & Dinum, & Riolphum, & Petrū, & Caninianum, ad quos nonnunquam scribit. Hic tantus adolescens cum antea etiam quam (ut aiunt) ex ephēbis excessisset, perpetuam uirginitatē colere statuisset, ab omni prorsus muliere sese conuulit. Quare sper

re spermate diu retento, ac medicis salutem, si scēminam iniret, promittentibus, abnegauit. Itaque xvij. ætatis annum agens, maluit, ut Politianus ait, mori quam contaminari. De cuius morbi, siue passionis genere, quam paucissimis absoluam.

QVO MORBO ANGEBATVR POETA.

Guilielmus Cumbensius Medicus nostræ urbis uel nobilissimus, & adolescentiæ meæ in Astrologia magister: quo morbo hūc poetam angī solitum fuisse cōnectaret, à me aliquando consultus, passione (inquit) quæ à medicinæ authoribus priapismus appellatur: & ostendit statim codicent Galeni vi. lib. de interiori. cap. v. de signis passionis uirgæ: ubi quid priapismus sit, ita definit: Priapismus magna tensionis erectio est, & in longitudine, & in rotunditate, nulla coitus concupiscentia, uel calore existente. Sed quibus personis priapismus maximè accidat, idem huiusmodi uerbis tradit: Ideoq; qui se à coitu abstinent cadunt in priapismum, si multam spermatis habuerint abundantiam, & eam non quomodolibet minuant, cum sudore, uel exercitio: magis tamen contingit eis, qui coitus cogitatione sic liberi non sunt, ueluti qui diu assuefaciunt castitatem ut in uenerabili firmentur religione. Quamobrem si passione illa (inquit Cumbensius) cui medici coitu ferre opem imperabant, Verinus occubuit, priapismo certè diu retento, ac putrefacto uidelicet spermate, consumptus est. Retinuisse autem spermam pro qualitate personarum uehementius, aut remissius nocere, idem Galenus capite iij. de signis passionis matricis ad hunc modum commemorat. Veruntamē in hoc diuersi sunt. Quidam enim ab initio suæ ætatis cum nubere cœperint de-

bilitantur. Alij nisi hoc fecerint, caput eorum aggrauatur, febricitant, appetitus, & digestio debilitatur. Quorum corpus Plato arboribus assimilauit multò fructuosioribus moderato. Quapropter illud citat Diogenis. Quod uolui, inquit, manus mea fecit. Quāquam & ab stomacho hunc poetam laborasse, ut de Virgilio Donatus refert, illud iudicat: Mutauit stomachum diri uiolentia morbi. Hei timeo faciet quid mihi seua lues.

MICHAELIS VERINI
poëtæ Epitaphium, ab
Angelo Politiano
editum.

Verinus Michaël florētibus occidit annis:
Moribus ambigūū maior, an ingenio.
*Verius legi
tur miranda* Disticha composuit docto miranda parenti:
Quæ claudunt gyro grandia sensa breui.
Sola Venus poterat lento succurrere morbo:
Ne se pollueret, maluit ille mori.
Hic iacet, heu patri dolor, & decus unde iu-
uentus
Exemplum: uates materiam capiant.

VERINVS. Angelus Politianus clarus orator, & non
uulgaris uersificator, Michaëlis Verini mortem nimis
proper

properatam Epitaphio deflet. Nam & iuuenis admodum è
uita florenti interceptus est, & dubium erat, morum ne san-
ctitate, an ingenij dotibus foret præstator. Cōmendat quo-
que illum, quòd disticha sententiarum Vgolino uiro docto,
ac poëtæ patri admiranda grauib; dictis, sensibusq; assur-
gētia, mira breuitate cōposuerit, & quòd cū Veneris auxi-
lio id est, foedis mulieris concubitus morbo, siue priapismo
potuisset liberari, tamē maluit mori, quàm cōtaminari. Tan-
dem ait Verinum ita iacere sepultum, ut sit patri dolor, nec-
non honor: & à quo iuuenes exemplum, moresq; sumere,
poëtæ bene scribendi materiam, imitationemq; debeant au-
spicari. MICHAEL. Quoniam uocalis ante e, in qui-
busdam exemplis in diphthongō coeunt, producit. Flac-
cus lib. v. Argonautic. Hic & odorato spirātes crine Mi-
chaël Cæsareæq; manus. Politianus corripuit, uel quia bar-
barum est: uel propter licentiā, quæ in proprijs conceditur:
in quibus (ut Serui. in 1. Aeneid. tradit) licet in quauis parte
mutare naturam. Idem euenit etiam in appellatiuis, si à pro-
prijs, inquit, sunt: ut, Sicano prætenta sinu, quæ à Sicano
rege est. FLOR. AN. Hic pro decimo octauo anno accepit.
MOR. Mos est (inquit Festus) institutum, patrium perti-
nens maxime ad religiones, cerimoniasq; antiquorum. IN-
GEN. Ingenium, ut Marcel. scribit, est naturalis sapientia.
GYRO BRE. id est, breui periodo, siue clausura. Gyros
circulus est, qui à uolātibus fit, aut ambulātibus. Verg. vij.
Aenei. Quē pueri magno in gyro uacua atria circū Intenti
ludo exercēt. SENS. In numero pluratiuo sensus dicimus,
& sensa: sicut Verg. iij. Aeneid. dixit: Rite secūdarēt uisus,
omnēq; leuarēt. Visus, interprete Seruio, pro uisa posuit. Nā
uisus est, inquit, quo uidemus: uisa sunt, quæ uidemus. LEN-
TOMOR. id est, priapismo: in quo, ut Galenus dixit, nul-

coitus concupiscentia, uel calor existit. POL. id est, contaminaret, HEV DOLOR: pathos à miseratione. Idem lib. VI. Heu miserande puer, EXEMPLVM, ait Festus, est quod sequamur, aut uitemus.

MICHAELIS VERINI POETAE
Epitaphium à Nicolao Seratico editum.

Ante diem raptū quæsta est elegia Tibullum:
Proximus accedit pro Michaële dolor.
Amplius in puero mores mirabere lector,
Disticha qui sancto digna Catone leges.
Contigit impubi, seris quod prouenit annis
Iudicium grauitas, candida uita, sophos.
Sic iuuenis Michaël superauit Nestoris annos.
Vitam etenim uirtus, non mora longa parit.

ANTE. Deflet Micolaus Seraticus immaturum Michaëlis uitæ exitum. Nam & si Elegia dicitur Albiū Tibullum deplorasse, quod ante debitum ætatis tempus suum diem obiisset: tamen pro Michaële non minus ferme collachrymauit. Miraberis, inquit, deinde lector mores esse in Verino adhuc puero, postquam legeris disticha sententiarū digna Catone illo Censorio, qui morū fuit exemplū sempiternum. Contigit præterea Michaëli, inquit, adhuc imberbi, id quod uix senibus datur, id est, animi iudicium, & antiqua grauitas, & diuina tam uita, quam sapientia. Quare
trecent

trecentos Nestoreæ uitæ annos, quanuis iuuenis, superauit, quoniam uirtutis uita quàm maximè longa est.

ANTE DI. ante cōmunis ætatis tempus. QUES. EST. hoc ideo dixit, quoniam de Albio Tibul. Quintil. lib. X. ita scribit: Elegia quoq; Græcos prouocamus: cuius mihi tersus, atq; elegans maximè uidetur author Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Præterea quoniā uiridissima adhuc ætate sese raptum Tibullus ipse lib. eleg. iij. ita queritur: At mihi Persephone nigrā denuntiat horam: Immerito iuueni parce nocere dea. & Oui. li. iij. de Tristibus. Virgiliū tantū uidit: nec auara Tibullo Tempus amicitie fata dedere mea. ELEG. Elegum metrum (ut Diomedes profitetur) binis uersibus constat, hexametro heroico, atq; ei subiuncto quinario, ab ætate quod est misereor, dictum de cuius inuento re tamen si Horatius in arte poëtica grammaticos certare, & adhuc sub iudice litem esse inquit, Iulius Pollux Etheoclen Naxium, siue Eretriensem scribit. Eo consueuerunt in primis hominum ærumne, amatorumq; dolores describi. Ouidius in epistol. Flendus amor meus est: elegia flebile carmē. Elegia opus elegis scriptum appellatur: & ratione literaturæ Græcæ penultimam proaucit. MORES, bonos intelligit, unde est moratus, id est, (ut Valla li. iij. elegā. exponit) qui moribus bonis est præditus. DISTI. distichō geminus uersus appellatur δις ἕξ Græci bis uersum dicūt: unde tetraſtichon quatuor uersus, hexastichon sex nuncupatur. Marti. libro. vij. epigrammaton. Quod non insulse scribis tetraſticha quædam: Disticha quod belle pauca Sabelle facis. SAN. CA. id est, Censorio. Nam is (ut Gellius libro. XI. tradit) librum reliquit, qui est inscriptus Carmen de moribus. qui nequaquam hic libellus existimatur, ut Valla quoq; lib. iij. autumat, qui Catonis nomine de sententijs leſtitur.
Sed de

Sed de Catone postea dicitur. SOPHOS. id est, esse sapien-
ti: more Græcorum, qui uirum sapientiæ laudantes, aut ei-
dem assentantes, sophos, id est sapientes uocant. Martia. li-
bro sexto, Quod tam grande sophos clamat tibi turba toga-
ta. Inde philosophus, id est, sapientiæ amator. NESTOR.
annos, id est, trecetos uel potius nonaginta. Nestor rex Pylō
habuit patriā, ut Strabo lib. iij. memorat. Quæ urbs fuit in
Laconia, mari supero incumbens: quem tria secula, id est, tre-
centos annos uixisse poëtæ fabulantur. Ouid. libro xij. Vi-
xi annos bis centum, nunc tertia uiuitur ætas. Alij tria secu-
la nonaginta annos accipiūt, singulis seculis triginta annos
attribuentes: & rectius, ut Eustathius super Iliada apud
Homirum tradit. VIR. Sic Sallu. in Cati. Virtus clara,
æternaq; habetur. NON Mora. Proper. lib. iij. Ingenio stat
sine morte decus.

MICHAELIS VERINI POETAE
Epitaphium à Bernardo Michelo-
tio editum.

*Nefle, uiuo: fruor tandem pater optime ueris
Delitijs, cælo, posteritate, Deo.*

NE. Mira breuitate & patrem Vgolinum consolatur,
& filium Verinum collaudat Michelotius. Affatur autem
poëtæ Vgolinum se quidem non mortuum imò uerè uiuum,
& ueris delitijs, id est, cælo, & immortalis gloria, Deique
consortio perfrui. NE. inquit Seruius in libr. ij. Aenei. pro-
hibentis est, & imperatiuo iungitur. Vergil. ibidem, Tu ne
qua parentis Iussa time. VIVO. Viuere est hoc loco sua for-
tuna esse contentum. Hora. in episto. Quid queris, uiuo: &
regno.

regno. est interdū prospera ualitudine uti. Terētius in He-
autōtīmo. Valet, atq; uiuit. FRUOR, frui & uti quid pro-
priè differant, Valla lib. v. his uerbis interpretatur. Vti, est
alterius rei gratia: frui, nullius: sed, ut sic dicam propter se.
In illo iter, est: in hoc, meta. Hoc alterius finis, ad quem il-
lud tēdit: qui hoc habet, quiescit, & contentus est. Qui uti-
tur, nunquā contentus est. DELI. id est, gaudijs, & deli-
tium genere neutro singulariter dicimus: & delitiæ foemi-
nino pluraliter. Marcel. hoc addit: Delitia numero singu-
lari, quod aut rarum est, aut singulare. Plautus, Mea uolu-
ptas, mea delitia. Ordo manifestus est. REGI. Antonius
Geraldinus intempestiuum Verini obitum lamentabiliter
deflet, atque uiatorem ante poëtæ sepulchrum ita affatur:
Concedāt locum huic lapideo poëtæ tumulum pyramides:
quas reges in sui nominis memoriā ædificare consueuerūt:
quanuis nulla in eo appareant marmora. Nam Verinus Mi-
chaël, qui memorabile omnibus seculis puditiæ extitit ex-
emplum, eo ipso sepultus est. Quare expecta quæso paulu-
lum, atque audi, Quātam (inquit) existimas ingenij lucem,
quantamq; Apollinis gloriā eo includi. Præterea quā an-
gustum sepulchrū Romanæ urbis uoluptates, hoc est, poë-
tam Verinum, contegit: qui disticha cecinit figuratis senten-
tijs distincta, & clara, & quæ ad sacram quoque scriptu-
ram accedāt. Nā & breuis, & ingeniosus, & perspicuus,
& sine reprehensione personarum: & castus est, ita ut plus
sententiarum, quā scripturæ complectatur.

MICHAELIS VERINI POETAE
Epitaphium ab Antonio Geraldino editum.

*Regia pyramidum cedant monumēta, uiator,
Huic*

Huic lapidi, quanquam marmora nulla uides.

Verinus Michaël decus immortale pudoris
 Clauditur hoc saxo: siste parumper iter.
 Quod latet ingenij sydus? quæ gloria Phœbi?
 Delicias urbis quam breuis urna capit?
 Disticha cōposuit grauibus distincta figuris,
 Quæ possis sacris æquiparare libris.
 Est breuis, argutus, facilis, sine felle, pudicus.
 Littera plus nerui, quam sua carnis habet.

REGI. PY. Pyramides à *wūg*. quod est ignis ethimologiam trahunt. Quæ moles sunt, siue turres, ab amplis fundamentis instar flammæ in acutum assurgentes. Et ut Plin. lib. xxxvi. memorat, ab regibus in Aegypto ad uanam pecuniæ ostentationē: aut ne pecuniam successoribus, aut æmulis insidiantibus præberent: aut ne plebs ociosa esset, ædificabantur. Idem tradit tres pyramides, quæ orbē terrarum fama impleuerūt, in Africæ parte monte saxo inter Memphim opidum, & quod appellatur Delta, consistere. Sed pyramis amplissima, inquit, ex Arabicis lapicidinibus constat, quam trecenta sexaginta hominum milia annis xx. construxisse produntur. MONV. Monumentum à præterito monui: sicut documentum à præterito docui analogiam habet. Monumentum, scribit Festus, omne est, quod mortui causa ædificatum est: & quicquid ob memoriam alicuius factum est: ut fana, porticus, scripta, et carmina, Sed monumentum, quas

quanuis mortui causa sit factum, non tamen significat ibi sepultum. MARMORA speciosiora lapulum genera, quæ columnarum, staturarumq; & parietum incrustandorum gratia ex longinquo ueniunt, appellantur: ut Parius ex Paro insula: Porphyræ ex Aegypto: Alabastrites ex Thebis Aegyptijs: quod Plin. lib. xxxvi. tradit. SIST. Sisto ætium est, facitq; præteritum stiti. Cato apud Gellium li. ij. quid si uadimonium capite obuoluto stitissis? Est etiã neutrum, facitq; steti penultima syllaba per e literam. INGE. SY. id est, ingenij lux. Nā sydera noctem ex parte illustrāt, sic optima ingenia ignorantiam pellunt. Sic à Plin. libro decimosextimo, Cicero lux doctrinarū appellatur. DELI. iucunaitates, quia sacer est poëta. URNA. antonomasia est, Hic multi arguunt fuisse ciuem Romanum, quod citra ueritatem est: sed ut Valla in præfatione Elegant. scripsit, Omnes literati, & soli, & ueri Quirites sunt. Ordo est: QVOD SYDVS INGENII LATET. subaudi hoc lapideo sepulchro: & quæ gloria Phœbi? repete uerbum per zeuma. URNA id est, cadus, hoc est sepulchrum. Nam maiores cineres in urnam collectos post crematum corpus sepeliebāt. Vergilius libro. v. Post quam collapsi cineres, & flamma quieuit, Reliquias uino, & bibulam lauere fauillam, Ossaq; lecta cado textit Chorineus abeno. GRAFI. id est, sententijs, quæ figurāt quid in uita facere interest. AEQVI. Vergilius in Bucō. Nec calamis solium æquiparas, sed uoce magistrū. ARGV. id est, acutus. Martialis lib. i. Argutis epigrammatō libellis. SINE FEL. id est, acerba reprehensione. Pl. ad Cor. Prisc. Erat homo ingeniosus, acutus, acer, & qui plurimū in scribēdo & salis haberet, & fellis. PLUS NER. Hoc dicit, plus habet acuminis, & ingenij, quam uerbofitatis & scripturæ. Miror sva pro eivs dixisse
 Gerat

Geraldinum : quod Latine sine dubio non dicitur. Lege Vallam lib. de reciprocatione sui & suis.

MICHAELIS VERINI POETAE
Epitaphium ab Hieronymo editum.

Hic sicus est Michaël, sexta trieteride raptus:

Vniqua doctiloqui spes, & imago patris.
Moribus in dubio est, fuerit uel carmine maior:

Fama pudicitiae, Pieridumq; decus.
Iudicium, probitas, studium, solertia, non te
Afferit impubem, sed probat esse senem.

HIC. Quanquam duo probatae fidei exemplaria nactus sum, Verini Distichis primus quidem commentarios appositurus, nusquam tamen quicquam huius Hieronymi, praeter nomen proprium reperi. Quicumq; ille fuit, festinatum Michaëlis obitum eisdem de causis, quibus & superiores, deflet: quod uidelicet duodeuicesimo aetatis anno sit e uita sublatus, cum tamen esset alter a patre Vgolino doctissimo uiro, & eiusdem spes doctrinae, ac similitudo: & qui cum fama castitatis, & musarum decus existeret, dubitabatur carminibus componendis, an moribus de se praestandis magis polleret. Quare iudicio, bonitate, studio, atq; diligentia non inuenis, imò senex declarabatur. SEX. TRI. id est. XV. III. aetatis anno. Est uero trieteris triu annoru spatium. Sta. lib. iij. The. Ludus & atra sacrum recolit trieteris Opheltētem.

tem. Inde nascitur trietericus, à τριῆς & τριος quod annus interpretatur. VNI. SPE. quia mirè patriissabat. IN DVBI. id est, in controuersia. PIER. DE. quia multum uerae gloriae, quauis uno libello, musis attulit. STV. id est, animi ad disciplinas applicatio. Cicero lib. primo Rhetoricorū: Studium est animi assidua, & uehemēs ad aliquam rem applicata magna cum uoluptate occupatio: ut Philosophiae, Geometriae, literarum. NON TE ASSE. IMP. quasi dicat, imò barbatum, ac senem. Persius satyra quarta: Barbatum hoc crede magistrum dicere.

MICHAELIS VERINI POETAE
Epitaphium à Martino Iuarra Cantabrico editum.

Ille ego uerinus Phœbi noua fama Michaël:
Quem Verona uelis, quē puto, Thera tuū.
Ter senos Lachesi raptor puer altus in annos,
Dum ueneris fugio, quā malè ferret opē.
Sic Pedibus magnū Christi pulsamus Olipū:
Et me Vesta frequens, Hipolitusq; legunt.

ILLE. Hoc quoque Epitaphium Michaëlem Verinum, tanquam non similem ante uisam Appollinis gloriae, & dignum, quē Verona non minus quā suū Catulū, Thera nō minus, quā suū Callimachum sibi debeāt exoptare, commendat. At itē poëta, siquidē ipse loquitur, si ideo prope rantius raptum, quia ad uenereos cōcubitus, unde priapismoangebatur, cui facile mederi poterat, cauit accedere. Nūc uerò altissimū Christi in caelis regnum pedibus se cōtigere

testatur, & ob eas causas Vestam, atq; Hipolytum frequen-
tem, id est, complures uirgines, & pudicos pueros eius di-
sticha lectitare. PHOEBI. Nam poëtae in tutela Apollinis
sunt, à quo inspirantur: sicut ipse à Ioue. Verg. lib. iij. Aene.
Quæ Phœbo pater omnipotens mihi Phœbus Apollo præ-
dixit, uobis furiarum ego maxima pando. MICHAEL.
dictum est ratione Græcæ literaturæ penultimam produce-
re, secundum Flaccum v. Argumēto Argonautic. VERON-
A. quæ doctum Catullum genuit: & tamē posset Verinum
ciuē suū exoptare. Est autē Verona in Veneti oppidū. Plin.
lib. iij. Rhetica oppida, Rhetorum, & Euganeorum Vero-
na. Iulieses Carnorum. THERA. quæ Callimachum elegis
scribendis facile Apud Græcos principem genuit, Strabo
libro nouissimo. Cyrenem Thera condiderunt, qui ex La-
conia profecti Theram insulam coluerunt. Thera olim Cal-
lista dicebatur (ut Callimachus ait) Nomine Callista pri-
mum, sed postmodo Thera fuit tellus, urbis origo mæ. LA-
CHESIS. una est Parcarum. Parca autem (ut Gel. lib. iij.
ex uerbis Varronis definit) immutata litera una, à partu no-
minata est. Opinor quoniam à partu initium, spatium, ac
uita finem constituent. Parca hæ tres à poëtis traduntur,
Clotho, quæ colum, stramenq; portat. Lachesis, quæ uitæ
filum torquet. Iuuenalis satyra 111. Dum superest Lachesi
quod torquet. Atropos, quæ filum, id est uitam secat. AL-
TVS, id est, educatus. Priscianus libro decimo docet ab al-
to tam altus, quàm alitus dici. Cicero pro Plantio: Vbi altus
est? MALE FER. OP. id est, cum irreparabili uirginitas
iactura. Catul. in epigram. Nam castum esse decet pium poë-
tam. PEDI. PVL. OLYM. Sic Varro lib. tertio de lingua
Latina uersum allegat: Musæ quæ magnum pedibus pul-
satis Olympum. Olympus mons est Macedoniae sublimissi-
mus.

mus. Varro paulò inferius: Cœlū dicunt Græci Olympum
montem in Macedonia omnes: à quo potius puto dictas mu-
sas Olympiadas. VEST. FRE. id est, complures uirgines,
quales deæ Vestæ ministrant captæ. Vestam (ut Ser. in lib.
11. Aenei. tradit,) deam ignis accepimus, quæ terra est. Eam
satis constat Troia captā ab Aenea in Italiam translata,
Verg. ibidem sic ait: Et manibus uittas, Vestamq; potētem,
Aeternumq; ad yrīs effert penetralibus ignē. Florus de nu-
ma rege ita scribit: In primis focum Vestæ uirginibus colen-
dum dedit: ut ad Simulachrum cœlestium siderum custos
imperij flamma uigilaret. Varro libro secundo de lingua La-
tina hoc addit: Dies Vestales, quod uirgines Vestales uestæ
sacrificent, appellari. HIPOLYTVS, id est cōplures pue-
ri casti, qualis fuit Hipolytus, qui Thesei Athenarum regis
ex Hipolytæ Amazonæ, ut Iustinus libro 11. memorat, ca-
pta prius, deinde uxore ducta, fuit filius. Hunc Phedra no-
uerca perditē adamauit: stupriq; gratia compellauit. Verū
ubi à castissimo cōtempta indoluit priuigno, apud Theseum
cōiugem, quod sibi inferre uim parasset, accusauit. Theseus
uxori fidem habens, auum Neptunum efflagitauit, ut cū
Hipolytus pronepos in littore, ut solebat, curru uehe-
retur, à monstris marinis equi terrerentur,
atque Hipolytus discerpere-
tur: quod & ita factum
est. Alia inferius
dicentur.

Michaelis Verini Vgolini F.

Distichorum liber, qui Disticha sententiarum inscribitur, ad Paulum Saxiam

Roncilionensem Grammaticæ

olim præceptorem su-

um, incipit.

Roncilionis honor, sanctorum regula morum,
Quæ didici reddo carmina Paule tibi.

RONCILIONIS. Disticha sententiarum poeta compositurus Paulum Saxiam natione Roncilionensem, grammaticæ olim præceptorem suum, laudibus exquisitis reuerenter affatur, quem Roncilionensium gloriam, & sanctorum morum regulam esse prædicat, gratitudinem quoque animi erga illum ipsum sui testatur, carmina ei, à quo intistutus fuisset, restituendo, dicandoq; benevolentiam magistri hac eadem gratitudine confirmat. Nam Plin. in præfatione ita scribit: Est enim benignum (ut arbitror) & plenum ingenii pudoris fateri per quos profeceris. **S**ANCTO. deest & ò. Nam ordo est, ò Rõcilionis honor & ò regula sanctorum morum. Nam poetas (ut Quintilianus libro primo proficitur) metri necessitas excusat. Vergilius libro secundo Aeneid. O lux Dardanie, spes ò fidißima rerum. Hac figura & prosaica oratione utimur. Cice. pro Milone: O terram illam beatam, quæ hunc uirum exceperit, hanc ingratam

tam

tam si eiecerit, miserã si amiserit. **R**EGULA, id est, doctrina. Regula est (inquit Paulus. ff. de uerborũ significatione.) Regula, quæ rem, quæ est, breuiter enarrat: non ut ex regula ius sumatur, sed ex iure, quod est, regula fiat.

Tu me Pieridum duxisti primus in antra:
Primitias igitur accipe, Paule, meas.

Tv. primos ingenij sui fructus, id est, hunc libellum ad Paulum Saxiam mittit, gratiam ei referens à quo in musarum cognitionem primum deductus est. Nam (ut Cicero libro 1. de Offic. inquit) Nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est. **P**IERI. id est, musarum. Pierides, inquit Festus, musæ à Pierio monte dictæ sunt. Est autem Pierus mons Thessaliæ, qui ad Macedoniam protenditur: quod Plinius libro quarto testatur. Hesiodus item in Theogonia scribit ex Ioue & Mnemosyne musas in Pieria natas. **I**M ANTRA. sic Iuuenalis satyra septima: Neque enim cantare sub antro Pierio. Nam Parnassus mons Phocidis (ut Strabo libro octauo tradit) uniuersus musis consecratus existebat, & antra, & alia loca honore, & sanctitate digna continens, è quibus celeberrimum, & formosissimum extabat Corycion nympharum antrum. **P**RIMITIAE. sunt primi fructus ex agro suscepti, qui Deo offeruntur. Plinius libro decimo octauo: At ne degustabant quidem nouas fruges, aut uina, antequam sacerdotes primitias libassent. & illud Leuitici capite xxiii. Panes primitiarum duos de duabus decimis simile fermentatæ, quos coquetis in primitias domini. **I**GITUR syllabam breuem excusat pentemmeris.

b 3

Site crebra iuuat breuibus sententia chartis:
Delectum è multis hoc cape lector opus.

SITE. Monet poëta opus hoc ab his legi, qui uaria dicta ex optimis quibuscunque authoribus paucissimis uerbis corrasa nosse desiderant. SENTEN. id est, dictum, quo aliquid boni agere in uita precipimur. Sententia (ut Cicero in libr. quarto ad Herennium tradit) est oratio sumpta de uita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in uita breuiter ostendit. hoc modo: liber is est existimandus, qui nulli turpitudini seruit. CHARTA. id est pagina. Cartha, ut Torrellius refert, ab urbe Tyro in Phœnitia, cui Cartha nomen fuit, unde primas quasdam literarum figuras Cadmus in Græciam transtulit, appellatur: unde Dido nomen Carthagini imposuit. Sed Cartha Corium significat, quod tam Græca lingua, quam Punica, authore Donato, dicitur Byrsa. Vergil. libro primo Aeneid. Mercatiq; solum facti de nomine Byrsam, Taurino quantum possent circumdare tergo. DELIGERE. LEC. Deligere (ut Valla lib. quinto interpretatur) est quod magis idoneum ad rem agendam est cernere.

AD EVNDEM.

Disticha nostra legant pueri, casteq; puellæ:
Continet obscœnos fabula nulla iocos.

DISTI. Præcipit Michaël, quoniam omni turpitudine

dine uacent, à pueris sua disticha, atq; puellis castissimis legi. PVERI. Pueritia (inquit Marcellus) id est, puritas. Var. Pueritia. ro rerum diuinarum lib. primo. Quæ pueritia est infrequens polluta. Pueri igitur, quasi puri appellantur. PVELLAE. Puellæ. diminutiuum est, idem Mar. Puellæ pro pueræ. Varro, de uita po. Ro. lib. secundo. Sicut in priuatis domibus pueri, liberi, & pueræ ministrabant. FABV. id est, res ficta, uerisimilis. Priscia. de exercitamentis rhetoricæ ad hunc modum scribit: Fabula est oratio ficta, uerisimili dispositione imaginem exhibens ueritatis. OBSCœNOS. id est, impudicos, quales poëtarum fabulis traduntur: obscœnum scribit Marcell. est immundum. M. T. Offic. lib. primo: Aliter ne libro quidem, si rerum turpitudini adhibetur uerborum obscœnitas. IOCOS. Iocus, inquit Valla lib. quarto, est in uerbo, Ludus in facto: sed utrumq; tamen patitur exceptionem.

VNDE TRAXERIT MATERIAM
distichorum.

Syderei instar apum delibans gramina Christi,
Delegi lector hoc tibi mellis opus.

SYDEREI. sicut apes ex floribus, atq; herbis modica degustatione mella coniungunt, ita & ego, inquit poëta, Christianæ religionis scripturam legens, atq; inde excerpēs, hoc mellitum opus tibi o lector composui. SYDE. CHRIS. id est, cœlorum regis. Christus Græcè, Latine interpretatur unctus, & Chrisis unctio, & Chrisma unguetum. Nam Iudeorum mos erat, eum quem constituisent regem, ungere.

Regum libro secundo capite tertio. Ego autem adhuc de-
dicatus, & unctus rex. Et Paralipomenum libro primo,
capite undecimo: Vixeruntq; eum regem super Israël, Po-
nitur & pro sacerdote, ut Psalmo XL. Nolite tangere Chri-
stos meos, & in prophetis meis nolite malignari. INST.
A P. id est, ad morem apum. Instar, ait Scruus in libro se-
cundo Aeneid. indeclinabile est, licet, Probus instaris dixe-
rit. LECTOR. syllaba breuis pro longa ex uipentemime-
ris ponitur. Mellis pabuli animæ.

NEMO IMPERITVS HAEC LEGAT.

Hinc lasciuia uenus, procul hinc discede Cupi-
do:

Tota meis legitur casta Minerva libris.

Sparro-
nus.

HINC. Venerem amorum deam, & eius filium Cupi-
dinem amorum quoque deum ex libris suis exterminat poë-
ta, & Mineruam sapientiae, ac uirginitatis deam in eisdem
legi testatur. VENVS LAS. Venus secundum Ciceronē
in libro de natura deorum, quod ad omnia ueniat nuncupa-
ta est. Quæ autem dea, inquit, ad res omnes ueniret, Venere
nominauerunt: ἀφροδίτη Græcè dicitur, ab ἀφρός, id est, spu-
ma: quoniam ex Saturni testibus, & maris spuma nata sit.
CVP I. amorum Deus, qui puer à poëtis traditur, Proper-
libr. ij. Quicumq; ille fuit puerū, qui pinxit amorē. Miner-
ua sapientiae dea est habita. quæ Græcè Pallas dicitur. hanc
à minuendo, quod minuatur neruos, idem Cicer. dictā interpre-
tatur. Cornifitius, authore Festo, quod fingatur, pingaturq;
minutās armis eandē dictā putat: Minerva pueri, atq; puel-
la,

la, quod in addiscenda sapientia ferre opem existimabatur,
colebant. Oui. iij. Fasto. Pallada nunc pueri, tenereq; orna-
ta puellæ. Qui bene placarit Pallada, doctus erit.

AD CATONEM.

Tu Cato, uel censor nostris scribère libellis:
Hæc farrago mei carminis, ista seges.

TV. Catonem Censo. inducit poëta suis libris iudicē, qui Cato Cen-
de illis ita poterit iudicare, esse in illis uidelicet & farragi-
nem, id est, Latinā orationem, & segetē, id est, fructum sen-
tentiā. q. d. esse occurratā styli eruditionē & exquisitā sen-
tentiā doctrinā. Ordo est: tu Cato scribère uel, id est, etiā
Censor, id est, iudex nostris libellis. Scribor enim reciprocū
est. & Catonem Censo. intelligit. Nam is, ut diximus, librū
qui inscriptus est carmē de moribus, reliquit. Hic Cato (ut
Gelli. li. XII. tradit) qui & orator, & censor fuit duos fi-
lios habuit, unū maiorem, ex quo natus est M. Cato Censo-
ris nepos, alterū natū minorē Salonianū appellatum, ex quo
L. Cato, & M. Cato nati sunt, atq; ex hoc rursus M. Cato-
ne natus est M. Cato prætorius, qui se bello ciuili Vticae in-
teremit: de cuius uita, laudibusq;, quū M. Tullius scriberet,
pronepotē eū Catonis Censorij dixit fuisse. HAEC FAR. Farrago.
Ordo est: Hæc farrago mei carminis, subaudi iudicabis tu o
Cato, & ista seges. Et est mei pro tui figuratē positū, quia lo-
quitur poëta tanquā loquatur, & iudicet Cato. Farrago ap-
pellatur, scribit Festus, id quod ex pluribus satis pabuli cau-
sa datur iumentis. Seges est, ut scribit Marce. frumētī fructus. Seges.
Verg. I. Aenei. In segetē ueluti cū flāma furentibus austris.

DISTICHA
AD LECTOREM.

Nostra legas quisquis fueris breuitatis ama-
tor:

Inuenies lepidos, sed sine felle iocos.

NOST. Lectorem qui uerbosa aliorum uolumina odit,
ad breuitatem suorū distichorū hortatur, in quibus urbanita-
tes sine ulla satyrica, aut epigrammatica mordacitate inue-
niet. BRE. Nā (ut Marti. libro octauo inquit) Disticha qui
scribit, puto uult breuitate placere: SINE FEL. idem lib.
septimo: Nulla q̄ mica salis nec amari fellis in illis gutta sit.

AD LECTOREM DE MARTIALE.

Carmina sūt, fateor, pulcherrima uatis Iberi:
Ad mores faciunt non tamen illa bonos.

CARMINA. Antipophora, id est, tacite obiectioni re-
spondet. Nam cum aliquis dicere possit in distichis scribē-
dis Martialem obtinere primum locum, respondet poeta, fa-
teor carmina Martialis salibus, ac uenusta compositione,
& pulchro stylo constare, tamen mores facere non bonos:
quasi inuat à pueris & puellis minimè legenda. Sanè Mar-
tialis à Verini censura nō abhorret, qui suos iocos à lasciui-
oribus, & natu maioribus p̄sonis legēdos libro tertio ad Co-
scomū ita significat: Hæc igitur iuuenes nequā, facilesq̄; puel-
Cur Hibe le. Hæc senior, sed quæ torquet amica, legat. IBE. id est, Hi-
ria. spani. Nam Bilbilim Hispaniæ citerioris oppidū habuit pa-

triam, quod poeta ipse libro primo ita gloriatur: Nec me
tacebit Bibilis. Et Hispania prius Iberia nuncupata est. Iu-
stinus libro nouissimo, Hispania sicut Europæ terminos spania.
claudit, ita & huius operis finis futura est. Hanc ab Ibero
amne primum Iberiam, postea ab Hispali Hispaniam cogno-
minarunt. Stra. libro tertio Iberum à Cantabris labi, meri-
die ortum habentem tradit, cui Pli. lib. item tertio ad hunc
modum astipulatur: Iberus amnis nauigabili commercio di-
ues, ortus in Cantabris, haud procul opido Iuliobrica. Eius
fontes ab Iuarra paterna è familiæ nostræ domo, quæ apud
Pyrenæos montes est, uix triginta millia passuum distant, in
quibus puer tantillus piscari solebam.

QVOD CHRISTIANOS NON
deceat esse leues.

Cur grauibus textã quæris mea disticha uer-
bis?

Cultores Christi non deceat esse leues.

CUR. Quærebat amicus à Michaële, quare graua di-
sticha componeret, ac non potius lasciuiosiores elegos amicæ
modularetur, ut Callimachus, ut Mimnerus, ut Tibullus,
ut Catullus, ut Propertius. quoniã (inquit) non deceat eos, qui
colūt Christum, esse leues, fabulas atque amores scribentes.
Apostolus item ad colossenses ita scribit: Videte ne quis
uos deprædetur per philosophiam, & inanem fallaciam,
secundū traditionē hominū, secundū elemēta huius mundi,
& non secundū Christum, quia in ipso habitat omnis pleni-
tudo diuinitatis corporaliter GRAVI. VER. id est, sen-
tentijs, Nā grauitas in uita optima habetur. Cicero li. primo

de Offi. Neq; enim ita generati à natura sumus, ut ad ludū,
 & iocum facti esse uideamur: sed ad seueritatem potius, &
 ad quædam studia grauiora, atq; maiora. TEXAM. id est,
 ferrum: inde contextus apud Quintil. lib. 1. CVLTO.
 CHRIS. definitio est Christianorum.

OPTIMA QVAEQVE CAR=
 penda ab authoribus.

Vergilius gemmas Ennide stercore legit:
 Et mihi sunt uatum plura notanda luto.

VERGI. Sicut Vergi. ex poëta Ennio, qui fuit (ut Ouidius dixit) ingenio maximus, arte rudis, gemmas, id est optimas quasq; sententias se colligere respondit: significans multa esse tanquam stercus non imitanda: ita Michael quamuis optima excerpit, multa tamen in poëtis damnaturum se testatur. Vergilius hoc nomen per e, in prima syllaba, ac non per i, uera orthographia scribendum. Politianus in centuria summis testibus declarat à Vergilijs uidelicet tractatum. De Vergilio Donatus in ipsius poëtae uita ita refert: Cū is aliquando Ennium in manu haberet, rogaturq; quidnam faceret, respondit se aurum colligere de stercore Ennij. Habet enim poëta ille egregias sententias sub uerbis uon multum ornatis. Quintilianus quoque libro decimo ita præcipit: Ennium sicut sacros uetustate lucos adoramus, in quibus grandia, & antiqua robora iam non tantam habent speciem, quantam religionem. VATVM. antiquos poëtas (inquit Varro libro tertio de lingua Latina) uates appellabant à uersibus uiendis. Viere est, ut idem libro pri-

mo enuclat, uincire, hoc est, connectere. NOTANDA. id est, reprehendenda. Nota (inquit Marcel.) dicitur probrum. Luci. libro. xxx. Quem sis scire tuas omnes maculasq; notasq;.

AD AMICVM DE EDITIONE SVI LIBRI.

In lucem hortaris me nostros edere uersus:
 Perfectum nescis ut mora reddat opus?

IM LVCEM HORTARIS. Amicus quidam erat adeo poëte deditus, ut nunquam desisteret efflagitare iam suos uersus in lucem emittere ut inciperet, cui respondet, nondum oportere, quia nondum satis maturuissent, sed tempore erant ad unguem eliminandi. EDERE IN LV. Horatius in arte poëtica ne præcipitetur editio ita suadet: Nonnūq; prematur in annum: Membranis intus positis, delere licebit, Quod non edideris, nescit uox missa reuerti. Rationem assignat Quinti. ad Triphonem ita scribens: Ut refrigerato inuentionis amore diligentius repetitos, tanquam lector perpendat. subaudi is, qui libros composuerit. Sanè bonus poëta sibi, non amicis fidē habeat. Vergi. in Buco. Me quoq; dicunt pastores uatem: sed non ego credulus illis.

IN TRIBVLATIONE VIRTVS
 ut aurum in igne perficitur.

Quod fornax auro, facit hoc tribulatio iustis:
 Rebus in aduersis certa probanda fides.

QUOD. Sicut aurum, inquit, in fornace excoctum ab aurifice purificatur, atq; probatur: ita tribulatio, & afflictio uirum iustum iustiores reddit. Non multo aliter Salo. prouer. cap. x x v i i. ait: Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis. Et Apostolus ad Roma. sic asserit: Sed & gloriamur in tribulationibus nostris, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem. **R**E B V S I N A D. sic Martia. libro. x i. Fortiter ille facit, qui miser esse potest. **P**E R F I C I T V R, id est, purificatur. **F**O R N A X, id est, ignis: continens pro contento. Est autem fornax caminus, ubi coquuntur lapides, & aurum, argentum ue purgatur. Fornum, & fornaces scribit Marcell. dicuntur à forno, quod est calidum. **F**I D E S, id est, fidelitas, dicta quod fiat quod dictum est. Cicero libro. primo de Offi. credamus quod fiat, quod dictum est, appellatâ fidem.

AM O R E S T C A V S A T I M O R I S.

Quæ tu contenes, nunquam amisisse dolebis:

Nam magni est nimius causa timoris amor.

QUAE. Vir fortis, & magnanimus nihil nimis amabit, atque ita si quid amisit, amisisse non agrè feret. Cic. lib. primo de Offi. Nam & ea, quæ eximia plerisque, & præclara uidentur, parua ducere, eaq; ratione stabili, firmaq; contemnere, fortis animi, magniq; dicendum est: ea quæ uidentur acerba, quorum multa, & uaria in hominum uita, fortunaq; uersantur, ita ferre, ut nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapiētis, robusti animi est, magnæq; constantiæ. **C**A V S A. T I. Martia. libro x i. Res est imperiosa timor. **A**M O R N I M I V S. Ouid. in episto. Pene res est solliciti plena timoris amor.

stantiæ.

VE R I A M O R I N V L L V S E S T F I N I S.

Nūquam uera fuit charitas, quæ desinit esse:

Nam nullus ueri finis amoris erit.

NV N. Amor qui aliquo tēpore uigere cessat nunquā fuit uerus, inquit, quādoquidē ueræ charitatis: ueriq; amoris nullus est præfinitus finis. Quod tamen de amore honesto Verinus intelligat: in amore illo lasciuiori id ipsum est. Propertius li. secūdo: Errat qui finē uesani querit amoris, Verus amor nullū nouit habere modū. **C**H A R I. id est, amor. Amor. (ut Valla li. i i i i. docet) genus est: Charitas species. Illud ad Charitatem omnia pertinet, hoc autē ad homines. **A**M O R I S. id est, beatitas. Cic. li. de amici. Amor, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiā cōiungēdā. Aduertendū interim, Charitas, & Charites, & Charistia festa primam syllabam corripere: quauis Charus inde tractum producat. Verinus aliquantō inferius: Pinguntur geminae charites spectare sororem. Ouidius libro primo Fausto. Proxima cognati dixere Charistia Chari.

NO N D E C E T C H R I S T I A N O S
more Ethnicorum turpia scribere.

*Nos genus electū Christi, nos sacra propago,
Scribemus ueterum turpia more patrum?*

NO S. Exclamat pōeta in turpium rerum scriptores, qui nudis uerbis draucos, fellatores, paticos, masturbatoresq; quauis carpēdo, describunt: quod satyrarum, atque epigrammatum scriptores potissimū faciunt. Videntur enim carpēdo, uel (ut Plinius lib. x i i i. uerbis utar) referēdo docere. Quare Apostolus ad Rom. Verecundius, illa cadē fere uitia carpit. Nā foeminae eorū (inquit) immutauerūt natur

*naturalem usum, in eum usum, qui est contra naturam. Simi-
liter autē & masculi relicto naturali usu foeminae exarserūt
in desiderijs suis, inuicem masculi in masculos turpitudinem
operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in se-
metipfos recipientes.* ETHNICO. id est, gentiliū, qui fal-
sos Deos superstitiosē colebant, & ab *ἔθνος* Græcē dicitur,
quod gentem Latine significat. Matt. cap. XVIII. Si autem
Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publica-
nus. GENVSELEC. Sic Apost. ad Titum: Paulus seruus
Dei, Apostolus autem Christi Iesu secundum fidem electo-
rum Dei. PROPAGANDA. Dicitur etiam propages. Festus: Pro-
pages progenies est, à propagando: ut faciunt rustici, cum
uitem uetulam supprimunt, ut ex ea una plures faciant.

OBSCOENA FABULA
à pueris uitanda.

*Inficit obsceni puerorum carminis aures
Fabula, dum uatum quæritur ipse nitor.*

INFI. Monet Michaël turpes fabulas à puerorum au-
ribus amouendas: ne dum sermonis pulchritudo, & orna-
tus affectatur, pueriles animi corrumpantur. Scitē igitur
Quintilia. libro. i. his uerbis præcipit: Ideoq; optime insti-
tutum est, ut ab Homero, atq; Vergilio lectio inciperet. I-
dem paulò inferius Lyricos poëtas, quia licenter multa
scripserunt, in quibusdam non uult pueris interpretari.
Nam de Sotadeis (inquit) ne precipiendum quidem est. IN-
FICERE. est intingere: hinc maculare significat. Tale est il-
lud Liuij: Hoc luxu peregrinis infecti moribus.

MA

MALA DURANT, QUAE
teneris mentibus discuntur.

*Heu, male diluitur, teneris quod mentibus hæ-
sit.
Præsertim durant quæ didicere mala.*

HEU. Miserratur eos Michaël, qui iam ineunte ætate si-
nistris moribus maculantur, qui difficulter deinceps extir-
pantur: sed quò quisq; peioribus uitij imbuitur, eò teneacius
in illis ætatem agit. Quint. quoq; lib. i. ait: Et natura tenacis-
sima sumus eorum, quæ rudibus annis percipimus: ut sapor
quo noua imbuis durat, nec lanarū colores, quibus simplex
ille candor mutatus est, elui possunt. Et hæc ipsa magis per-
tinaciter hærent, quæ deteriora sunt. Nam bona facile mu-
tantur in peius: nunquam in bonum uerteris uitia. MENTI-
BUS, id est, cogitationibus. Verg. lib. ij. Aeneid. Confusam
eripuit mentē. DURANT. id est, persistunt. Teren. in Adel.
Non hercle hinc quidem durare quispiam (si sic fit) potest.

QUARE MORDACES
uersus non scribat.

*Quòd nostri careant mordaci schemate uersus
Lex hominum hoc prohibet, religioq; Dei.*

QUOD. Inquit si quæras quare nostri uersus schema-
te mordaci, id est, figurato carpenti stylo careant, quia ius
humanum, & diuinum, hoc est, ciuile, & sacra scriptura
hoc uetant. Nam Instit. libro iij. his uerbis cautum est: In-
iuria autem committitur nō solum cum quis pugno p̄satus,

C

lege pul= aut fustibus caesus, uel uerberatus erit, sed etiam sicut con= satus, uitium factum fuerit: siue cuius bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere: uel si quis ad infamiam alicuius libellū, aut carmen, aut historiam scripserit, composuerit, ediderit, dolo uel malo fecerit, ut quid eorum fieret. Apostolus quoq; ad Romanos ait: Benedicite, & nolite maledicere. **LEX HOMINVM.** Papi. lib. primo digesto. de legibus & senatusconf. lex, inquit, commune est præceptum uirorum prudentium, consultum delictorum, quæ sponte, uel ignorantia contrahuntur, coërcio, communis reipublicæ sponso. **RELIGIO.** scribit Marcel. est deorum cultura.

OMNES SVNT FOELICES,
ubi omnes amici.

Quàm foelix, et quāta foret respública, ciues:
Si cunctos unus conciliaffet amor?

Felix. **QVAM.** Si eadem uoluntas cunctos ciues deuinciret, o quam fortunata, inquit Poëta, quāmq; magna esset respública. Et de cuiusuis populi respública intelligi. Sic Salust. in Iugur. Nam concordia paruae res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Latenter bella ciuilia detestatur, quæ bene compositam rempublicam plerumq; euertūt. **FOELIX.** ut Valla libro quarto tradit, est qui recipit prosperitatem, sicut prosperis qui dat. **RESPV.** id est, bonum commune. **CONCILIASSET,** id est, deuinxisset. Conciliamus amorē nobis alicuius. Idem lib. quinto docet: Conciliamus beneuolentiam, non autem conciliamus gratiam. Rursus inimus gratiam, non autem inimus amorem aut beneuolentiam.

NIL

NIL SINE SPE,
& præmio fit.

Est labor ingratus, quē debita præmia fallūt,
Quid graue non fiet spe sine, uel leue sit?


EST. Omnis labor est molestus, ait Poëta, nisi debita merces illum subsequatur. & sine spe præmij, etiam leuissimum quodq; est graue, & factu odiosum. Iuuenalis satyra decima: Quis enim uirtutē amplectitur ipsam, Præmia si tollas? Martialis libro primo in steriles cāpos nolunt iuga ferre iuueni. **INGRATVS,** id est, non agens gratias. Idem libro octauo: Tu ne potes dulces ingrate relinquere nugas? **GRAUE.** (ut Marcellus ait,) est molestum. **M. T. de Senectute:** Quod nunquam senectutem tibi grauem esse senserim. **SPE SINE.** metri gratia contra naturā postposita est præpositio. Horatius libro primo Sermo. Nam uitij nemo sine nascitur. **VEL.** id est quamuis.

ANIMVM DANTIS DEVS,
non donum consyderat.

Non quātum dederis, sed qua tu mēte dedisti
Pēsandum est: placat uictima parua Deum.

NON. Deus nunquam multum, minimum uel quispian obtulerit, æstimabit: sed quā puro, scelerato uel animo afferat Michaël. Nam Deū paruum etiam sacrificiū mitigabit: modò animi puritas præstò sit. Aposto. ad Corinth. ait: Si enim uoluntas prompta est, secundum facultatem acceptabilis est non secundum quod non habet. **MENTE.** id est, uoluntate, **PENSANDVM,** id est, æstimandum. Metaphora à libripende: & est frequentatiuū à pendo. Hieronymus ad Iulianum: Paupercula uidua omnes dicitur in oblatione

c 2



munerum Dei superare locupletes, quæ non pondere sui, sed offerentium uoluntate pensantur. P L A. id est misericordem reddit. V I C T I. id est, sacrificium. Victima & hostia dicitur omne animal, quod Deo immolatur: quæ Ouid. lib. primo Fasto. ita discernit: uictima quæ dextra cecidit uictrice

Hostia uocatur: Hostibus à domitis hostia nomē habes. Ergo unum Christiana post sanguinem, alterum post hostium deditioem fit. Hostis quid? stiam Christiani eucharistiam nominamus.

FORMA CADUCA, ET
mali per sepe causa.

Quid fidis formæ, populat quam morbus, & ætas?

Multis causa mali candida forma fuit.

Q U I D. Cur aliquis in pulchritudine fiduciam ponit, quam uel in iuuenta morbus, uel in senectâ ipsa ætas conterit, interrogat Verinus: cum præsertim pulchra forma multis mortalibus incōmodi fuerit occasio. Salo. prou. cap. nouissimo: Fallax gratia, et uana est pulchritudo: mulier timēs Dominū laudabitur. Sallu. in Cati. Nam diuitiarum, & formæ gloria fluxa, atq; fragilis, est. & Vergi. lib. v i. Causa mali tanti cōiunx iterū hospita Teucris, Externiq; iterum thalami. F O R M A. (ut Dona. in Andr. scribit) immobilis est, et naturalis: Vultus mouetur, et fingitur. P O P V. id est, spoliat. Verg. lib. iij. Aenei. Ac ueluti ingētem formicæ faris aceruū Cum populāt. Serui. ibidē: Antiquē dixit, nā hoc uerbum apud ueteres, inquit, actiuū fuit, nunc est deponens. Idem refert Pricia. libro octauo. detesto pro detestor, opino pro opinor, similibusq; apud uetustissimos. A E T A S, id est senectus. Teren. in Phor. Senectus ipsa est morbus.

Forma,
Vultus,

De

DE EADEM RE.

Hæc quæ cernis anū, quōdam formosa puella
Extitit: an nescis quæ breue forma bonū est?

H A E C. Exemplo confirmat superiorem sententiā. Nam mulierem indicat, quæ cum pulcherrima olim fuisset puella, nunc est deformis anus. Quis igitur debeat ignorare, inquit, formam bonum esse quam breuissimum? Oui. lib. secundo de arte amandi: Forma bonum fragile est, quantumq; accedit ad annos fit minor, & spatio carpitur ipsa suo. Idem libro tertio ad puellam: Tempus erit, quo tu, quæ nunc excludis amantes, Frigida deserta nocte iacebis anus. A N V M, id est, uetulam decrepitam. Festus: Anus dicta est ab annorum multitudinem, cum antiqui non geminabant consonantes: uel quod iam sit sine sensu, quem Græcis dicitur *vois*. B R E. B O. subaudi corporis. Nam philosophi tria bona profitentur: animi, ut uirtutes, quæ sicut animus æternæ sunt. Corporis, ut forma: quæ cum corpore occidunt. Fortune, ut diuitiæ, quæ pro arbitrio quoque fortune feruntur.

VXOR BONA, ET NON
puchra habenda est.

Sit formosa alijs uxor, tibi sit bona: nescis
Quam noceat castæ forma puditiæ.

S I T. consulit lectori, ut sinat alios pulchrâ habere uxorem, ipse castam potius ducat: cum præsertim nemo debeat ignorare formæ pulchritudo quantum noceat castitati. Iuue. saty. x. sed uetat optari faciem Lucretia, qualē ipsa habuit. Iusti. quoque, lib. primo tradit Candaulem Lydorum regem pulcherrimam uxore ostentâdi gratia nudam Gygi sodali demonstrasse, deinde uerò cædes Candauli (ut illi refert) nu-

c 3

ptiarum premiū fuit. Vxor mariti sanguine dotata regnum uiri, & se pariter adultero tradidit. V X O R. uxores (ut Seruius in libro quarto Aenei. docet) quasi uxores dicebantur. Nam Plinius lib. x x v i i i i. Proxima in cōmunibus laus, inquit, est adipi, sed maxime suillo: apud antiquos, etiā religiosus erat. Certē nouae nuptae intrantes etiānum solenne habent postes eo attingere. P V D I. id est, castitatis: Pudicitia dea etiam fuit. Festus: puditiæ signū Romae colebatur, quod nefas erat attingi, nisi ab ea, quae semel nupsisset.

D I F F I C I L E E S T C V =
stodire formosas.

Aegrè formosam poteris seruare puellam:
Nunc prece, nunc auro forma petita ruit.

A E G R E'. Cum difficultate, ait, poteris puellam egregia forma praeditam à corruptore defendere: nam uel precibus, uel muneribus pulchritudo uincitur. Vnde Eccles. cap. x x = v i. In filia nō auertente se firmat custodiam, ne inuenta occasione abutatur se. Terentius in Eunu. Hanc tu mihi uel ui, uel precario fac tradas, Horatius libro i i i. car. de Danaë Acrisij filia: Si non Acrisium uirginis abditae Custodem pauidum Iuppiter, & Venus Resissent, fore enim tutum iter, & patens, Conuerso in pretium Deo. A E G R E', id est difficulter. Vergilius libro i i i. Geor. Ergo aegrè rastris terras rimatur. P V E L L A M. inde est puellascere apud Varro. in Bais, id est, effeminari, uel reuirescere, ut Marcel. tradit.

I L L A P A T R I A E S T F O E L I X,
ubi iuuentus assuescit modicis cibis.

Illa domus foelix, ubi paruo assueta iuuentus,
In festo coctum luxuriatur olus.

I L L A

I L L A. Fortunatam esse patriam asseuerat, quae in cibi parsimonia, breuibuscq; prandijs, coeniscq; iuuentutem educatam habet, & quae festis duntaxat diebus herbas hortenses satis magnas epulas putat. Plinius libro x i x. de priscorum Romanorum parsimonia: Nec caules, ut nunc maxime pro Romano babant, damnantes pulmentaria, quae egerent alio pulmentarum parario. Id erat oleo parcere. Nam carnis desideria etiam erant simonia. in exprobratione. Horti maxime placebant: quia non egent igni, parcerētq; ligno. I V V E N. id est iuuenes, authore Marcel. Verg. in v i i i. At patiens operum, paruoq; assueta iuuentus. F E S T O. subaudi die, sicut natalis interdum ponitur absolute. Vergilius in Bucco. Meus est natalis Iola. Luxuriatur, id est, ad sauritatem apponitur. Lectum est tamen Luxurio luxurior pro luxurio. Marcel. luxuriabat (inquit) pro Luxurior. Tubero in x v. Pars omnis luxuriabat.

D E I N F O E L I C I C I V I T A T E.

Infœlix patria est, pueros ubi purpura uestit:
Atque ubi praecedit diues honore bonos.

I N F E L I X. Calamitosam indicat patriam, in qua pueriam ab ineunte aetate purpurea induuntur ueste: & in qua homo locuplex in magistratibus gerendis iustis uiris anteponitur. Iustinus libro i i i. de Lycurgi Spartanorum regis legibus: Iuuenibus non amplius una ueste uti toto anno.

D E F A L S I S G A V D I I S.

Quae durare putas mortalis gaudia uitae,
Sunt breuia: & finis, tristis amator erit.

Q V A E. Gaudia, inquit, huius uitae mortalis, quae duratur a existimatis, sunt perquam breuia, atq; eorum finis nihil aliud est, quam amaritudo, & poenitentia. Mar. libro primo:

Respon- Gaudia non remanēt, sed fugitiua uolant. Demosthenes item
sum De- cum à Laide Corinthia ut sui copiam ei faceret decē drach=
mosthe- marū millia posceretur. Ego, inquit, pœnitere tanti nō emo.
nis. quasi non significaret, nihil nisi pœnitētiam ex coitu nasci:
 quod Gellius libro primo tradit. TRISAMA. definitio est
 pœnitentiæ. Verg. lib. II. Geor. Et ora Tristia tētantū sen=
 su torquebit amaror. Ita enim legendum esse Iulius Higinius
 (ut idem Gellius eodem lib. testatur) contendit.

DE VERIS GAUDIIS.

Vna salus seruire Deo est: hæc gaudia sola
 Vera pute, quorum gloria finis erit.

Gaudiū. VNA. Vnicam mortalibus salutem esse, ut seruiant Deo,
 asseuerat poëta. quia hæc sunt ueræ animæ uoluptates: quo=
 rum finis erit exultatio. GAUDIA. Gaudium, inquit Fe=
 stus, γαυγία dicunt, subaudi Græci. VNA SAL. Verg. lib.
 secundo Aenei. Vna salus uictis nullā sperare salutem. SER=
 VIRE. hoc uerbo Christianæ religionis scriptores erga
 Deum utuntur, cum præsertim Latini authores seruire ser=
 uorum esse, in seruire ingenuorum dicāt: quod passim est in=
 uenire. Apōsto. ad Rom. Nūc uerò liberati à peccato, serui
 facti Deo, habetis fructum uestrum in sanctificatione: finem
Gloria. uerò uitam æternam. GLORIA (ut idem Festus docet) à
 Græca uoce dicta: hanc enim illi κλῆος uocant.

IN PECCATO EST PLUS
 doloris, quàm uoluptatis.

Quid lætare miser? peccati est nulla uoluptas,
 Gaudia plus aloës, quàm tua mellis habent.

QVID. Carpit eos uates, qui peccata putant uoluptates:
 cum

cum præsertim plus amaroris sit in peccato, quàm uolupta=
 tis. Apōstolus ad Roma. Nam merces peccati mors est. A=
 LOES, id est, amaroris. Iuue. satyra. VI. Quoties animo
 corrupta superbo, Plus aloës quàm mellis habet. Pli. XX=
 VII. Aloë scille similitudinem habet, maior, & pinguiori=
 bus folijs ex obliquo striata: caulis eius tener est, rubens me=
 dius, non dissimilis antherico radice una, seu pallo in terra
 dimissa graui odore gustu amara.

COR IMPIORVM EST FRETVM FERVENS.

Cor iniustorum semper uelut æstuat unda

Aequoris, insanus cum freta uentus agit.

COR. Mens iniustorum, ait Michael, uelut aqua maris
 inconstanter agitatur, cum uiolenter uenti flatus undas
 ipsas submouet, ita furiosè mouetur, atq; agitatur. Salomon Salomō.
 prouerb. cap. XVII. Qui peruersi cordis est, non inuenit
 bonum: & qui uertit linguam, incidet in malum. Sallu. de Ca=
 ti. Nanque animus impurus dijs, hominibusq; infestus, ne=
 que uigilijs, neque quietibus sedari poterat, ita conscientia
 mentem excitam uexabat. Igitur color exanguis, fœdi ocu=
 li, citus modò, modò tardus incessus: prorsus in facie, uul=
 tuq; uecordia inerat. AES. id est, fluctuat. INSA. id est, fu=
 riosus. & tēpestuosus. Ouidius in episto. Pene. Obrutus in=
 sanis esset adulter aquis. FRE. id est maria turbata. Fretū, Fretum.
 scribit Varro. lib. III. dictum est à similitudine feruentis a=
 quæ, quod in fretum saepe concurrat æstus, atq; efferuescat.

IMPVDICI OCULI DE=
 prædantur animam.

Lumina prædantur mentem, pariūtq; ruinam
 Lumina, nequitia (si sapis) abde fores.

L V M I. Oculi res illecebrosas intuentes, asseuerat Michaël, animam suis uirtutibus, & pura continentia spoliant. Quamobrem si uelis haberi sapiens, oculos tanquam luxuriæ ianuas claude. Ecclesiasticus capite. x x v i i. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur. Propert. libro. i i. Si nescis, oculi sunt in amore duces. P R A E D A N. id est, spoliant. Varro libro i i. Præda, inquit, est ab hostibus capta, quod manu sit parta, quasi parida præda nuncupata, Inde est prædor. Nequam. P A R I. id est, acquirant: aliàs ad foeminas pertinet. N E Q V I. id est, libidinis. Nequam, à quo est nequitia, qui propriè, atq; integrè locuti sunt, tradit Gellius lib. v i i. hominè nihili, neque rei, neque frugis bonæ appellarunt. Denique Mar. Varro, ut idem tradit, in libris de ling. Latina: Ut ex non & uolo, inquit, nolo fit, sic ex ne & quicquam, media syllaba extrita, componitur nequam.

Q U I D S I T P E C C A T U M.

Peccatum est deforme malū: trāsgressio legis
Diuinæ: at citius dixeris esse nihil.

Peccatū. P E C C A. Trifariam definit peccatum Michaël. Peccatum est, inquit, malum deforme, & quasi dicat monstrum: & est diuinæ religionis uiolatio: sed breuius, ait, peccatum poteris definire esse nihil: & subaudi naturaliter subsistens. Inde Ecclesiast. x x i. Quasi à facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa, suscipient te dentes leonis: dentes eius interficientes animas hominum. Et Ioann. cap. i. & sine ipso factum est nihil. Quod Nicolaus Gorra sic exponit: Factum est, inquit, nihil, naturaliter subsistens, propter peccatum, quod deficit ab ente. Ergo peccatum est nihil, naturaliter uidelicet subsistens. D E F O R. id est, uisu,

uisu, dictuq; turpe. T R A N S G R E. id est, contemptio, ab eo quod præcedit, id quod sequitur. qui enim trāscreditur, contemnit. Ecclesia. cap. x x x i. Qui potuit transgredi, & non est transgressus. in eadem significatione locutus est.

I V D E X, ET S E N S O R O M N I
careat peccato.

Aspiciat lucem, qui uult damnare tenebras:

Qui carpit mores labe carere debet.

A S P I. Habeat iudicium, inquit poëta, clarum qui aliorum poscit ignorantias, delictaq; condemnare. Nam eius, qui mores alienos exprobrat, uacuum esse peccato interest. Apostolus ad Rom. Quapropter inexcusabilis es ô homo omnis, qui iudicas: in quo enim iudicas alterum, teipsum cōdemnas: eadē enim agis, quæ iudicas. Cice. in Salust. Carere debet omni uitio, qui in alterū dicere paratus est. L v. id est, æquum, & iustum. T E N E. id est, aliorum ignorantias, & peccata. L A. id est, uitio. Cice. libro primo de Offi. Hunc quas conscientie labe in animo censes habuisse?

P E C C A T O R, ET C A E C V S,
& bestia efficitur.

Cor Deus iniusti nebulis obnubilat atris:

Exiit & formam, fitq; repente fera.

C O R. Deus iniustorum mentes ueluti quibusdam nebulis patitur caligari, ut testatur Michaël, nec uidere quod iustum, sanctumq; est, atque uirorum deniq; imagines eiusdem aufert: itaq; iniustus suis uitijs efficitur tanquā syluestris bestia. Salomon Prouerb. cap. x v. Longè est dominus ab impijs: & orationes iustorum exaudiet. Inde est illud Luciani lib. quinto aliter dictum: Hoc placet ô superi cum uobis euertere

Deus un
de.

euertere cuncta Propositum, nostris erroribus addere cri-
men. DEVS, id est, Christus. Deus à *θεός* Græcè, quod La-
tinè est Deus, trahitur. Aug. lib. VI I. de Ciui. Dei. Hanc di-
uinitatem, uel (ut sic dicam) deitatem, nam & hoc uerbo uti-
am nostros non piget, ut expressius è Græco transferant,
quod illi *θεοότης* appellant.

PECCATVM EST OBEX
inter animam, & Deum.

Obtenebrat mentē peccatum, est obicis instar:
Quo nequit authorem cernere tecta suum.

OBTE. Mentem circuncaligat peccatum, ait Michaël:
quoniam est tāquam obstaculum inter mentem malam, atque
Deum, quo ipsa prohibetur artificem suum, qui est Deus,
contemplari, Sepi. cap. I. Peruersæ enim cogitationes sepa-
rant à Deo. OBICIS, id est, obstaculi. Phocas obice tan-
tum in ablatiuo ponit singulari anomalum. Verg. tantum o-
bicibus: & Silius obices, & Verinus hoc loco obicis dixit.
Sepæ enim anomalorum regula ab usu separatur, ac uiola-
tur. TECTA, id est, clausa. Verg. lib. VI. nec auras respi-
ciunt causæ tenebris, & carcere cæco.

QVANTA FIDES FVERIT,
tanta retributio.

Est operis mensura fides, nostriq; laboris
Examen capies præmia quanta fides.

EST. fides laboris est mensura nostri, & ministerij erga
Deum examē, siue statera: quoniam unusquisq; accipiet suæ
constantia fideiq; mercedem, asseuerat Michaël, quanta cō-
stantia, fidesq; sit. Matt. xv. Tunc respōdens Iesus ait illi O
mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut uis, Idē cap. VIII.
vade

Vade, & sicut credidisti fiat tibi. FIDES, id est, fiducia. Fides.
Cic. lib. I. de Offi. Fundamentum autem iustitiæ est fides, id
est, dictorum conuentorumq; constantia, & ueritas. Idē pau-
lò post: Credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fi-
dem. EXA. id est, iudicium: translatio à libripende. Vergi.
lib. XII. Iuppiter ipse duas æquato examine læces sustinet.
Examē, inquit Seruius, proprie est filū, quo trutina regitur.

ALIENA MAGIS, QVAM
nostra uitia cernimus.

Cur aliena magis quā crimina nostra uidemus?

An quia nostra procul sint, aliena prope?

CVR. Quare promptius aduertimus, rogat Verinus, a-
liorum delicta, quā nostra. Nunquid quia nostra procul
absint, aliena uerò proprius absint? q. d. minime. Lucæ. VI.
Quid autem uides festucā in oculo fratris tui, trabem autem,
quæ in oculo tuo est, nō consyderas? Aut quomodo potes di-
cere fratri tuo, frater sine eijciam festucam de oculo tuo,
ipse in oculo tuo trabem non uides? Cice. lib. de Offic. Fit
enim nescio quomodo ut magis in alijs cernamus, quā in
nobismetipsis, si quid delinquitur. MAG. id est, promptius Magis
Est autē magis (ut Valla autumat) à magnum cōparatiuum. unde.
AN. id est, nunquid. AN, & aut coniunctiones sunt, tamen
an (ut idem. lib. II. authore Quinti. probat) interrogantes
rectè utimur: Aut uerò interrogandi uim non obtinet.

POST GAUDIA DOLOR
sequitur.

Aeternus sequitur præsentia gaudia mæror:

Stulte ne delicijs credis utrisque frui?

AETER. aeternū, & sine ullo termino animi suppliciū,
ait

ait Michaël, insequitur gaudia ipsa, quibus in hac uita fruimur. Vnde rogat, nunquid igitur cōfidis demens utriusque seculi uoluptatibus perfrui? Athanasius conterraneus meus in Symbolo. Et qui bona egerunt, ibunt in uitam æternam: qui uerò mala, in ignem æternum. AETER. id est, perpetuus. Donatus in eunu. Sempiternum ad deos, perpetuum propriè ad homines pertinet. STVL. id est, imprudens. Nam stultus imprudens est, fatuus penitus insipiens. Afranius: Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor.

RISVS IN LVCTVM VERTITVR.

Heu risus noster luctu miscetur amaro:

Diraq; sub dulci melle uenena latent.

HEV. Dolet uerinus, quoniam risus, quo nimium in hac uita gestimus, acerbo conturbabitur mœrore: sub risu enim horribiles animis insidiantur cædes. Salomon capi. XIII. Risus dolore miscbitur. & extrema gaudij luctus occupat. Cice. lib. nouis. de Finibus, de M. Cras. At hoc in eo. M. Cras. quem semel ait in uita resisse Lucilius, non contigit, ut ea re minus *ἀνιδεος* (ut ait idem) uocaretur. HEV. dolentis interiectio, Catul. in epigram. Heu miser indignè frater adempte mihi. LVCTV. id est mœrore, Luctus, ut Vall. li. IIII. definit, est dolor, qui exterius proditur uultu ipso, atque aspectu: sæpe ille ipse habitus, uultus, atque uestis luctus est. DVL. proprium epitheton est mellis, sed risus non est reuera dulcis, imò uidetur. VENE. id est, cædes: ab eo quod præcedit, id quod sequitur.

DE AVARO.

Nusquã fraude caret, semper mētitur auarus:
Erga inopes surdus ferrea corda gerit.

NVS

NVS QVAM. Auarus & omni loco fraudulentus est, & omni tēpore mentitur: ait Verinus: & tandem pauperibus, atque egenis inflexibilia præcordia portat. Apostolus ad Timoth. Radix enim omnium malorum auaritia. Sallu. in Cati. Namq; auaritia fidem, probitatem, cæterasq; artes bonas subuertit: pro his superbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia uenalia habere edocuit.

DE DISTRIBUTIONE HONORIS.

Indignum est nullo certamine præmia uelle:

Virtuti iustus distribuatur honor.

INDI. Non æquum postulat, ut asseuerat poëta, si quis sine ullo certaminis labore munera poscit: debetur enim uirtuti honor, & dignitas: non autem ignauie, ac desidiæ. Apostolus ad Corinthios. Nescitis quoniam qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, unus autem accipit palmam. Sallu. in Iugur. ita queritur: Postremò omnis cura rerum publicarum minime mihi hac tempestate cupienda uidetur, quoniam neque uirtuti honos datur. VIRTU. id est, Virtus fortitudini. M. T. lib. II. Tus. Appellata est enim ex uiro uirtus, uiri autem propria maxime est fortitudo, cuius munera duo maxima sunt mortis, dolorisq; contemptio.

DE GLORIA.

Gloria si dulcis, studeas uirtute parare:

Quo labor est maior gloria maior erit.

GLO. Si laus tibi dulcis est, labora, monet poëta: uirtutis enim meritis illam assequimur. Quanto enim maior suscipietur labor, tantò cumulatior laus illū comitatur. C. Marius apud Sallusti. Inuidet honori meo, ergo inuideat periculis etiã meis, quoniã per hæc illū cepi. Esaias. cap. LIII. de Chri

de Christo: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. S T V D. id est, des operam. Persius saty. v. Non equidem hoc studeo. Q V O, id est, quanto, & cōiungitur. paratiuo iungitur, sicut eò, quemadmodū Valla li. i. proficitur. Quintil. lib. i. i. Erit eò obscurior, quò quisq; deterior.

IUSTI BENE OPERANTVR
propter uirtutem.

Terret pœna malos, inuitant præmia iustos:
Sed potis est uirtus reddere sola bonos.

TERRET. Quauis mali pœnarum dandarum metu, inquit, boni autè præmiorum adipiscendorum gratia à peccatis abstinent, tamen solus ille bonus effici potest, cui à natura uirtus inest. Vnde Cice. libro nouissimo de Finibus, in pueris uirtutum quasi scintillas uideri testatur: quasi uirtus à natura nobis ingenita sit. Hora. libro. i. Episto. Oderunt peccare boni uirtutis amore, Oderūt peccare mali formidine pœnæ. P O T I S, id est, poteēs, Persius saty. i. i. i. Et potis es uitio nigrum perfigere thita: & declinatur hic & hæc potis, & hoc pote: cū apud uetustiores pos, tis, declinaretur: unde est possum, & possideo, & compos, & impos nō à potis, & pote, ut putauit Scr.

QVI DEO MILITAT,
mortalia contemnat.

Terræ spernet opes, cœli qui militat oris,
Principis æterni castra sequenda tibi.

TERRAE. Omnis homo, qui ut cœlorum regnū scandat, militiam aduersus diabolum gerit, testatur Michaël, terrenas pro nihilo pendet facultates: quoniam quiuis Christianus æterni castra regis sequatur oportet. Mat. ca. x. i. x.

Si uis

Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & ueni, sequere me. S E Q V E N D A, id est, sectāda: & aduertito participiū deponentis. Nam huiusmodi participia in dus extremitatē habentia (ut Donatus in Anari. proficitur) necessitatem important. P R I N C I. A E T E R. periphrasis est Christi.

VT PATIENTIAE CRESCANT
præmia, non audit Deus inuocantes se.

Vt tua maiori crescat patientia laude,
Non audit subito uota petita Deus.

VT. Interrogatus olim Michaël à quodam, quare Deus uota, ac preces, quibus illum ipsum orabat, non statim facit. (ut aiunt) aure exaudiebat: ut tua, respondit Verinus, patientia maiori laude accumulatur. Vnde Matthæi cap. x. v. i. Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quid manducent. Deus ex antiqua Stoicorum sententia (ut Diog. Laërtius tradit) est animal immortale, beatū, quid, à malo omni remotissimum, prouidentia sua mundum, & quæ sunt in mundo disponens omnia.

NEC CITO, NEC TEMERE
re iudicandum.

Iudicium præceps insani iudicis index:

Omnia sunt longis discutienda moris.

IUDICIUM. Iudicatio nimis properata imprudētis iudicis testimonium est, asseuerat poëta. quoniam omnia ante sententiam ferendam temporū interuallis scrutanda sunt. Salom. prouer. cap. x. v. Qui quod nouit loquitur, iudex iustitiæ est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus. Iustinian. lib. x. l. v. i. i. digesto. Sanctius enim est impunitum, relinqui

facinus nocentis, quàm innocentem damnari. PRAE. id est, festinatum. INDEX. id est, testimonium. Index pro eo, siue pro ea qui, uel quæ accusans aliquid indicat. Communis generis, sine controuersia est. Nam indicem esse eum, qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicit impunitate proposita, Asconius est author. Index uerò pro digito à pollice secundo, & lapide quo auri gradus cognoscitur, masculinum est. DISCV. id est, exquirenda. Metaphora à uestibus, unde puluim excutitur.

IUSTITIA, ET CHARITAS
arma sunt principum.

Iustitia, et charitas ualidæ sūt principis arces.
Nulla Tyrannorum uis diuturna fuit.

IUSTITIA. Iustitia, & amor, siue beneuolentia in expugna amor pro biles existunt regum turres, testatur uates: uiceuersa nulla pugnatu unquam tyrannorum uiolentia extitit, nisi quàm breuissima. la regū. Salo. Prouerb. cap. x. Iustus in æternum nō commouebitur, impij autem non habitabunt super terram. Cicer. libr. ii. de Offi. Rerum autem omnium nec aptius est quicquam ad opes tuendas, ac tenendas, quàm diligere: nec alienius quàm timeri. Præclare enim Ennius: Quem metuumt oderunt: quæ quisque odit, perijisse expetit. TYRANUS. id est, sæuissimorum regum. Verg. lib. vii. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Vbi Ser. ita distinguit: Tyranni Græcè dixit, id Græcis est, regis. Nam apud illos, inquit, tyranni, & regis nulla differentio est, licet apud nos incubator imperij tyrannus dicatur. Tyrannus & rex non differunt. Declinatur autem hic & hæc tyrannos. Idem in lib. iiii. Aenei. Nihil intererat, inquit, apud maiores inter regem & tyrannum: ergo paulatim ad sæuitiam translatum est.

CON

CONTRA INERTES.

Tolle moras: uolucres menses labuntur, & anni
Ultima sit, nescis quando futura dies.

TOLLE. Aufer quasunque dilationes hortatur Michael quum menses, & anni tanquam uolent, præterlabantur. et. q. d. fac interim aliquid boni, ac diuini. Nam ignoras diem uitæ tue nouissimum. Eccles. cap. xv. Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Iob cap. xv. Cunctis diebus suis impius superbit: et numerus annorum incertus est tyrannidis eius. TOLMO. Sic Luca. libr. i. Phar. Tolle moras, semper nocuit differre paratis. DIES VLT. foemininū posuit, quod etiam si pro Dies foemine tempore certo (ut isti dicunt) sumatur, tamen multis exemplis foemininum comprobatur. Verg. in Rosa. Quam longa pro eo una dies, ætas tam longa rosarum. quod est tempus.

VIVENDVM TANQVAM
sit ultima dies.

Compositis uiuas ceu sit lux ultima rebus:
Incautum ne te parca seuera premat.

COMPO. Fac uiuas, monet Verinus, rebus omnibus paratis, tanquam semper nouissima tibi afforet uitæ dies ne te mors dira improuidum rapiat. Vnde prophe. Psalm. xxxviii. Et nunc quæ est expectatio mea? nonne dominus, & Responsum Biam substantia mea apud te est? Bias ite prieneus, qui fuit ex septem sum Biam sapientibus unus (ut Laertius refert) Capta demum patria, cum fugientibus cunctis pretiosarum rerum suarum sarcinulis quibusdam ereptis, interrogatus & ipse cur ex bonis suis solus nihil secum ferret: omnia bona mea mecum porto, respondit. COMPO. id est, paratis. LVX VLT. sic Verg. lib. ii.

d 2

Aeneid. Quibus ultimus iisset ille dies. INCAVTVM. id est, improvidū. PARCA. id est, mors. de Parcis supra memoratum est.

A L I V D.

Quod sit nemo sua contentus sorte requiris?

A patris extorres uiuimus hīc solio.

Q V O D. Queris, inquit Michaël, quapropter nemo in hoc seculo cōditione sua uiuat contentus? ratio est, quoniam exules à cathedra parentis nostri Dei atate agimus. Quare Matt. c. v i. Thesaurizate autē uobis thesauros in caelo, ubi nec arugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furatur. Hor. libr. i i. Sermo. Qui fit Mecenas, ut nemo quam sibi sortē seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa Contentus uiuat? EXTORRES. id est, exules. Extorris, ait Marcel. dicitur extra terram, uel terminos Accius in Eury face: Nūc per terrā uagus, extorris regno et exturbatus mari. SOL. id est, cathedra. Soliū scribit Seru. in lib. i. Aeneid. Est armariū uno ligno factū, in quo reges tutela causa sedebant: dictū quasi solidum. abusiue sella regia dicitur. Idem in lib. vii. Secundū Asprum (inquit) per antistichon quasi sedium, à sedendo dictum. Nam & sella, quasi seda dicta est.

Extorres.
Solium
quid &
unde.

NIHIL STABILE, IN
rebus humanis.

Quū stabile hīc nihil inuenias, cur stare requiris?

Quum uideas flexu cuncta perire suo?

Q V V M. Nihil cum reperias diu in hac uita permansurū, cur ipse permanere optas, querit Poëta: cum praesertim cernas omnia pro cursu aboleri suo. Eccles. cap. x i i i i. Omnis caro

caro sicut foenum ueterascet, & sicut folium fructificans in arbore uiridi, alia generantur, & alia disijciuntur, sic generatio carnis, & sanguinis alia finitur, et alia nascitur. Salus. in Iugur. Omniaq; orta, occidūt: & aucta, senescunt. STA = Stare pro RE, profecto syllabam priorem producit, stabilis uero eandem corripit. Ouid. lib. i. Meta. Sic erit instabilis tellus. ducit, stabilis uero breuiat.

Q. VAE VIDENTVR, SVNT
fluxa: inuisibilia, aeterna sunt.

Quod cernis nihil est: uolat atri turbinis instar,

Sed quod non cernis, esse perenne putes.

Q V O D. Breue, paruūq; momēti est, asseuerat Michaël, & tanquam uiolētus turbo uentorum, praeterit quicquid in hac uita cernis, sed quod non cernis, perpetuū esse sola fide credere debebis. Vnde uerissimè Apostolus ad Rom. Deus enim illis manifestauit. hoc est, opus fecit, per quod possit agnosci fides. Inuisibilia enim eius à creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. CERNERE. apud eruditos oculis fit, Videre etiā animo. TURBINIS = Cernere. TRI. id est, obscura uolubilitatis uētorū: authore Seruio in libro i. Aeneid. PERENNE, id est, perpetuum à per, & annus trahitur, quasi per annos durans.

AD MAGNA PRAEMIA,
magno labore uenitur.

Non nisi per magnos praemia magna labores Perennis.
Itur: at ignauis nulla corona datur.

NON. Ad magna, inquit, munera nō alia quam magnorum laborū uia uenitur: e contrario desidiosus nulla gloriae corona datur. Xerxes Persarū rex bellū Graeciae illaturus,

Et Helleſpōtum traieclurus, Magna, inquit, apud Herodo-
 tum, negotia magnis cū periculis fiunt. Apōstolus ad Thi.
 cantur im Et nisi certet quis, non coronabitur, nisi legitime certauerit.
 persona = ITVR. id est, acceditur. impersonale est passiue uocis à uer-
 lia passi- bo absolutiuo. De his uaria est grammaticorum ratio, mihi
 ue uocis autem placet omnia esse personalia, atq; in tertijs duntaxat
 uerba sūt personis singularibus reperiri passiuā: ratio est, quia, ut grā
 passiuā matices authores uno ore profitentur, uniuersa uerbale sup-
 tertie per positū rationabiliter assumūt. Curritur subaudi cursus. Itur,
 sonē. subaudi iter. Regnatur, subaudi regnum. Sic Ouid. lib. XII.
 Meta. Tertia uiuitur ætas, et Mart. libro XIII. Tota mihi
 dormitur hys. expressis suppositis dixere. Eadē ad omnes,
 aut ad plerosq; præterquam in paucissimis exemplis refe-
 rūtur, in quibus etiam sensus magis apparet pluraliuus. Te-
 ren. in Eunu. Statur, id est, manetur. Iuu. saty. iij. Itur ad A-
 tridem, id est, uaditur. Atq; (ut diximus) passiue subauditur
 statur, et itur: et quanuis una persona loquatur pluralitas
 inest, ut uulgo, et uernaculè dicere consueuimus, si quis in-
 Turba= terrogatur, quid hic, respondebit. Nam illud Verg. Vsq̄
 tur unde. adeò turbatur agris: quod à Quinti. lib. I. ita legitur: à turbo
 tibi neutraliter, nō in malam rem à turbo te actiue trahitur.

DE EADEM RE ALIUD.

Si te delectant æternæ præmia uitæ,
 Magna quidem, ne te terreat ergo labor.

SITB. Si oblectaris supremæ uitæ præmijs hortatur ua-
 tes, magna quidem illa sunt: ergo noli laboribus illam pro-
 mittentibus terrefieri. Salomon prouer. VI. Ne dederis som-
 num oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ, Erue te quasi
 damula de manu, et quasi auis de insidijs aucupis. MAG.
 quid, subaudiendum sunt: et est eclipsis.

Q. VI

QUI BENE VIXIT, NON
 timet mortem.

Qui bene præteritos sine labe peregerit annos
 Non horret mortis uulnera dira pati.

QUI. Qui sine peccato, asseuerat Michaël, præteritos
 uitæ annos bene uixerit, ubi moriendi tempus acciderit, se-
 uissima mortis uulnera ingredi nō uerebitur. Vnde Eccle. ca.
 XV II. Cōfiteberis uiuēs: uiuus et sanus cōfiteberis, et lau-
 dabis Deū, et gloriaberis in miserationibus eius. P. R. E. G.
 id est, peruixerit. Qui in Ibin. Tēpus ad hoc lustris mihi iam
 bisquinq; peractis. V. V. L. D. I. R. quia secūdū Arist. Vltimū
 terribiliū mors. DIRVS exponit Festus, id est, dei ira natus.

MORS VIRI BONI NON
 est flenda.

Non obitus flendus, sequitur quæ uita perennis:
 Viuus enim semper qui bene uixit erit.

NON. Mors eius hominis quem uita subsequitur æterna
 testatur Michaël, haud equidem flenda est, quandoquidem
 qui semel sancte, atq; integrè uixit, semper uiuus erit Eccle-
 siasticus cap. xxij. Modicum plora super mortuum: quoniā
 requieuit. Posteriorem sententiam illud quoq; Iustiniani con-
 firmat Institu. lib. I. Hi enim qui pro republica ceciderunt,
 in perpetuum per gloriā uiuere intelliguntur. OBIT, id est,
 mors nam in Lemmate dixerat, Mors uiri boni non est
 flenda. Lemmata enim singulorum distichorum inscriptione-
 nes, siue tituli appellantur. Lemmata, Præsumptiones in-
 terpretantur. Cice. libro. II. de Diuinatione: Sed demus tibi Lemmata.
 istas duas optiones, ea quæ Lemmata appellant dialectici, sed
 nos Latine loqui malumus præsumptionē, quam prolepsim

d 4

ijdem uocant. Marti. lib. nouissimo. Lemmata si queris cur
sint ascripta, docebo: Vt si malueris, lemmata sola legas.

ERVDIENDI PVERI

in aetate tenera.

Dum tenera est aetas generosos imbue mores:

Tunc facile est cunctis artibus ingenium.

Platonis *cōsiliū in educādis liberis.* DV M. Quando aetas adhuc tenera est, ac docilis, nobiles
filiolum tuum docebis mores monet poëta: tūc etenim habi-
le, & tempestiuum omnibus nobilibus disciplinis ingenium
est. Ecclesiasticus cap. v i. Fili à iuuentute tua accipe doctri-
nam, & usq; ad canos inuenies sapientiam. Plato libro v i i.
de legibus. Pueri post sextum aetatis annum ad scientiam se
conuertant: & ad magistros equorū, arcuū, telorū, & fun-
de deducantur. Verg. lib. i i. Geor. Adeo à teneris assuescere
multum est. I M B V. id est,ingere ipsi aetati tenerae. Ars, tra-
dit Serui. super donatum, ἀρδὸν ὅς ἀπερῆς, hoc est à uirtute,
quàm Graeci uniuscuiusq; scientiam uocāt, appellatur. I N-
G E. id est, naturali sapientia. Cicero libro nouissimo de fi-
bo. & mal. Prioris generis est docilitas, memoria, quae ferè
omnia appellantur uno ingenij nomine, easq; uirtutes qui ha-
bent, ingeniosi uocantur.

TEMPORIS IACTURA MA-

xima, praesertim doctis.

Nulla uiris doctis iactura est tempore maior:

Et multi incassum tempus abire sinunt.

N V L L A. Omnium iacturarum uiris praesertim doctis,
testatur Verinus, temporis iactura maxima habetur, & ta-
mem complures in perditionem labi tempus permittunt.
Propheta psalm. c i. Dies mei sicut umbra declinauerunt,

& ego sicut foenum arui. Sene. ad Lucilium, Omnia mi Lu-
cili aliena sunt: tempus tantum nostrum est. Verg. libro ter-
tio Georg. Sea fugit interea, fugit irreparabile tempus. Pro-
phe. psal. L X X X V I I. Et defecerunt in uanitate dies eorū:
& anni eorum cum festinatione. I M C A S S V M, id est, in
perditionem: uel, ut Seruius in libro. v i i. Aenei. exponit, in
irritum. In cassum autem tractum est à cassibus, id est, reti-
bus, ut idem profitetur: ergo non est abuerbium, sed praeposi-
tio, & participium: sicut dicimus in uanum, in procliue.

MORS MALORVM PESSI-

ma, contra bonorum.

Formidanda malis sequitur quā poena perennis,

At contra foelix mors solet esse bonis.

F O R M I. Mors quidem malis metuenda est (inquit Mi-
chaël) quoniā poena sempiterna illā subsequitur: e contrario
autem beata mors esse, atque contingere bonis consueuit.
Propheta psal. X X X I I I. Mors peccatorum pessima, &
qui oderunt iustum delinquent. Sapientiae cap. x i. Iusti au-
tem in perpetuū uiuēt, & apud dominum est merces eorum,
& cogitatio illorum apud altissimum: ideo accipient re-
gnum decoris, & diadema speciei de manu domini. Ordo
est: Mors formidanda malis: subaudi est, per eclipsim. F O E-
L I X, id est non formidanda, sed optanda.

TOTAM ILLUSTRAT VITAM

foelix exitus.

Tota illustratur foelici funere uita:

Mors foelix uitae causa perennis erit.

T O T A. Sancta & fortunata morte uniuersa uita nobili-
tatur, ait Michaël, quoniam mors sancta, & beata, causa

uitæ perpetuæ est. Salomon capi. x. expectatio iustorū lætiti-
tia, spes autem impiorum peribit. Nam ante foelicem mor-
tem nemo foelix est: unde illud Solonis ab Ouidio lib. primo
Meta. usurpatur: Dicitq; beatus Ante obitum nemo, supre-
maq; funera debet. FVNERE, id est, morte. Fumus, autho-
re Donato in And. ipsum officium, & pompam exequiarū
significat: qđ à funalibus dictū est, & uncis, & cuneis tan-
delaborum, quibus delibuti funes cerei firmiter insiguntur.

BONO BONVS EXITVS,
malo malus.

Vita boni rarò turpatur funere foedos
Vita mali turpi clauditur exitio.

Boni uiri RARO, Inquit poëta, continget, ut uiri boni uita turpi
uita tur- morte dehonestetur, sicut econtrario, uita mali foedo termi-
pi morte netur sine necesse est. Prophet. Psalm. xxxiii. Multæ tri-
non deho bulationes iustorum, & de omnibus his liberauit eos domi-
nestatur. nus custodit dominus omnia ossa eorū unum ex his nō con-
teretur. Salomon proueb. capi. x. Memoria iusti cum laudi-
bus, & nomen impiorum putrescet. TURPI, id est, foeda-
tur: à turpitudine tractum, ut inquit Marcell. Cice. Tuscu. li-
bro. iij. Iouis aram sanguine turpari. EXI, id est, sine pesti-
mo, Festus. Exitium antiqui ponebant pro exitu, nunc exi-
tium, pessimum exitum dicimus.

MVTANTVR PILI,
& non mores.

De flauis uetula in canos uulpecula mutat:
Illius at mores uertere nemo uidet.

DEFLA. Vulpecula ad senectam peruecta, ait Veri-
nus, de capillis subrufis, quibus iunior induebatur, mutat in
albos,

albos, quibus ea ætate uestitur, mores tamē, quos habet sub- Nalus
dolos, nemo uidet mutare. q. d. ita est, & in homine. Salo- non inue
mon. cap. xvii. Qui peruersi cordis est, non inuenit bo- nit bonū.
num: & qui uertit linguam, incidet in malum. Persi. satyr. Flauus
v. Nam luctata canis nondū arripit: attamen illi, Cum fugit color.
à collo trahitur pars longa cathenæ. DEFLA. id est, subru-
fis. Est autem flauus color (ut Gel. lib. i. enucleat) ex uiri-
di, rufo, & albo concretus. Aduertendum puto aliter con-
strui à Verg. i. Geor. Chaoniā pingui glandē mutauit arista.
hoc tamē loco quia alter sensus est mutare capillos flauos
canis, quā ex flauis in canos eadem substantia manēte, apte
construitur. Ergo qui legit, Et flauis canos mutat uulpecu-
la, errat uehementer.

GVLA, ET OCIA ARMA SVNT VENERIS.

Quis Cererem: & Bacchū? quis nesciat ocia
causam

Nequitia? & sceleris tela Cupido tui?

QVIS. An est aliquis qui panē, uinumq; & his duo-
bus adiuncto ocio, esse luxuriæ causam, & esse ô Cupido
tui uitij irritamenta ignoret? ait poëta. q. d. nemo. Salo. Pro.
xxiii. Noli esse in cōuiujs potatorū, & in comessationi-
bus eorū, qui carnes ad uescendū confrūt: quia uacātes po-
tibus, & dātes symbola consumētur. Teren. in Eunu. Ver- Noli esse
bum hercle hoc uerum est. Sine Cerere et Baccho friget Ve- in conui-
nus. Et est utrobique metonomia: quia Ceres pro pane, uijs pota-
& Bacchus pro uino, & Cupido pro amore sumitur. C v- torum.
PI. Plato in Symposio scribit duos esse cupidines, alterum Duo cupi-
coelestem, et diuinum: alterum uulgarem, atq; plebeiū, Gra- dines.
ci præterea ^{græca} amorem appellant: unde & Heroū nomen
ductum. Idem in Cratylō autumnat. Sed Deus huic cōtrarius
qui

qui amorem dissoluit, Anterota uocant. Cice. lib. iij. de na.
deorum: Ex Venere & Marte natus à Virgilio dicitur.

MEDICIS MORBI QVAM
primum sunt monstrandi.

Si uis curari, medico tua uulnera pande:
Exposces serò quum morieris opem.

SI. Ostende, inquit, sine omni mora uulnera medicinæ
docto. si uis sanari: præposterè enim posces tibi opem, cum
iam mortem oppetas. Ecclesi. cap. quinto. Non tardes con=
uerti ad dominum, & ne differas de die in diem: subito enim
ueniet ira illius, & in tempore uindictæ disperdet te. Idem
capi. xxxviii. Honora medicum, propter necessitatem
enim illum creauit altissimus. Persius saty. iiii. Helleborum
frustra, cum iam cutis ægra tumebit, poscentes uideas, ue=
nienti occurrere morbo. PANDE. id est, manifesta. Pandere
Pandere Varro existimat (ut Marcel. scribit) ea causa dici, quod
qui ope indigerent, & ad asyllum Cereris confugissent, pa=
nis darètur. Pandere quasi ergo panem dare, & quòd nun=
quam sanum talibus clauderetur.

PLVRIBVS MEDICIS NON
est credenda salus ægroti.

Vis febrì curari? medicis ne crede salutem

Pluribus: unus enim sat bonus esse potest.

VIS. Si uis febre liberari, hortatur Michaël, ne commit=
tas pluribus medicis curationem, ex qua est salus, quia unus
qui bonus sit, melius tibi medicabitur. Allegoricè Christum
optimum medicum innuit: de quo Apost. ad Corin. Sicut enim
in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuifica=
buntur. FEBRE. nimio morbi ardore. Varro in Andabatis
apud

apud Marc. Aperiendū putat id quod alterū appellamus à
calēdo calorē: alterū à feruore febrim. Eius hoc loco prior Calor un=
syllaba natura breuis est: usitatus tamen longa inuenitur. de.
CRDE. id est, Cōmitte. Ver. li. iiii. Aenei. arcanos etiā tibi
credere sensus. SAT. pro satis, ab eo enim abscissum est.

DE GULA QVAE PLVRES
interficit, quàm gladius.

Miraris subito Franciscum funere raptum?

Crede mihi, ancipiti plus ferit ense gula.

MIRA. Alloquitur poëta amicum, qui Franciscum quē
dam hominem gulosissimum nimio cibo necatum uehemen=
ter admirabatur: crede mihi (ait poëta) non est mirandum,
gula enim plures necat, quàm ensis utraque parte secans. Ec=
clesia. cap. xxxvii. In multis enim escis erit infirmitas:
& auiditas appropinquabit usque ad choleram. Propter cra Gula
pulam multi obierunt: qui autem abstimens est adijciet uitam. plus ne=
ANCIPITI. id est, acuto ex utraq; parte. Marcel. anceps scri cat quàm
bit acutum ex utraque parte. Lu. lib. xxxi. Vecte, atque ensis.
ancipiti ferro effringam cardines. GULA, id est, nimius ci=
bus. Gula, tradit Aristoteles libro i. de animalibus, intra Gula
collum est, cui comes arteria iungitur, priorem obtinens si= quid est.
tum: nam cartilagine arteria constat, & sanguine, quanquā
exigui compos est, uenulis complexa tenuibus. Arteria acci=
piendi, reddendiq; tantummodo spiritus officio fungitur.

DE EADEM.

Quū doleat stomachus, medicum accersire
Leonem

Paule iubes, febris si tibi causa regula est?

O'Paule. Interrogat Verinus, cū stomachus nimio refer=
tus

tus cibo tibi doleat, iubes conuocari Leonem insignem medicum, præsertim si tibi gula eum dolorem pariat? & interrogatiue legendum est. q.d. non opus est medico, sed cibi abstinentia. Iuue. saty. III. Plurimus hic æger moritur uigilando, sed illum læguorem peperit cibus imperfectus, & hærens ardenti stomacho. S T O. id est (ut ita dicam) in uentriculo. Stomachus fistula est, per quam cibus labitur in uentriculum ciborum receptaculum, & pro eo interdum usurpatur, à cōua, or os, hoc est ore, & ἔχο id est, habeo, quia os habet in testimonium. L E O N E M. insignem tempestatis poetæ medicum. P A V L E. Non paulum S A X I A M, sed gulosissimum quemdam Paulum intelligit.

DE GULA MORBORVM CAUSA.

Autumno inquiris cur tot moriantur in uno

Causam? quum gula sit pestis, & atra lues?

Cur autū A V T V M. Rogas cur uno autūno tam multi obeāt mortem, cum uideas gulam esse tanquam pestem, & sæuam poëuior est. nam? Iuue. saty. X. Quod Themison ægros autumno occideris uno. Aristo. particula prima probleumatum: Verg. atq; autumnus morbis infestat, quia mutationes graues omnes occurrūt. Sed autumnus uerè grauior est, quia corpore calido refrigescēte, q̄ frigido incalescēte, potius ægotamus. Verinus autem gulam esse primā morborum causam in ipso autumno existimat, & rectè propter pomorum, fructuūq; aliorum uberem copiam. L V. id est, pœna. Marcel. Lues à rebus soluendis proposita est. Licinius Macer in annalibus lib. II. Nequaquam sui lauandi reuoluant arma lue.

MODICIS CIBIS NATVRA CONTENTA.

Esse cupis frugi? facile est: nā panis, et undæ.
Prædiues dapibus quilibet esse potest.

esse

ESSE. Si cupis, inquit, esse utilis, & parcus, facile est: quicumq; enim potest esse ualde diues cibarijs panis, & cibarijs aquæ. Matth. VI. Panem nostrum super substantialem da nobis hodie. Luca. lib. II. Phar. de Catone: Huic epulæ uicisse famem. ESSE CVP. deest, si. Hora. in arte poë. Melius te posse negares, deest si, authore Acrone. F R V. id est, utilis. Terent. in Eunu. Frugi es. Donatus super eadem frugi u= Frugi es= uilis inqt, & necessarius: à frugibus, quæ quòd his fruamur se quid. dictæ sunt. Prisci. libro quinto. Nam nihili, frugi, mancipi. obliqui sunt casus, figuratè cum omnibus casibus adiuncti. Ordo est: Nam quilibet esse potest diues dapibus panis, & undæ. P R A E D I. id est, ualde diues: præ enim auget. Iuue. saty. xiiij. Dispositis prædiues hamis.

OMNIA PRO VITA AETER=

na sunt hic toleranda.

Si quanta æternæ sunt uitæ præmia uoluas,

Omnia pro Christo perpetiere libens.

S I. Quam magna existant æternæ uitæ præmia, si tecum cogites, testatur Michael, omnia quæcunque contigerint spō te pro Christo tolerabis. Mat. etenim c. v. ita scriptū est: bea Perpeti: ti qui persecutionē patiuntur propter iustitiā quoniā ipsorū est regnū cœlorū. V O L. id est, animo cogites. Verg. li. I. Aenei. Talia flāmato secū dea corde uolutās. P R O C H R I S. id est, loco Christi ipsum prædicādo. Martia. li. I. Vnū pro cūctis fama loquatur, opus. P E R P E T I E R E, id est, usque ad finem tolerabis. Teren. in And. Neque me perpeti.

A L I V D.

Speregni æterni debes tolerare labores:

Longè promissis uberiora feres.

S P E:

PREMIUM debetis sufferre labores: multo enim maiora premia, quam eorum qui promissa sunt, capies. **A**POSTO. ad Rom. Spe enim saluati sumus. & **M**ATTHÆI. XXI. Et omnis qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam eternam possidebit. **R**E. **A**ETER. id est, paradisi. **L**ON. **V**BE. id est, plura quam promissa sunt à Deo. Sane longè (ut **V**ALLA lib. I. profitetur) & superlatiuo iungitur. **Q**uint. Longè omnium quos quidem audire contigit, præstantissimus. & comparatiuo: **V**erg. lib. viij. At pedibus longè melior **L**ycus, id est, ualidior.

ALIVD.

Pro superis dabitur quæ commutatio regnis?
Et tamen hæc hominum plurima turba facis.
PRO. Quæ recompensatio, querit Michaël, pro regnis coelestibus poterit dari? q. d. Nihil est in hoc mundo, quo regna coelestia debeamus amittere: & tamen incredibile, inquit, multitudo hanc commutationem facit, ut terrena admet, coelestia negligat. & est imitatio **M**atth. XVI. Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? **T**URBA, id est, populi conuentus, ut exponit **M**arcel. aliàs turbationem indifferenter significat, ut idem testatur.

RECTA CONSCIENTIA

dat uerum gaudium.

Gaudia uera dabit mēs omnis criminis expers,
Hei mihi, quam pauci gaudia uera ferent.

GAUDI. Anima omni peccato munda, & intemerata ueras uoluptates sibi si parabit, ac dabit, testatur Michaël.

HEI.

HEI MIHI. Subijcit statim, quam pauci accipient hæc uera gaudia. **M**atth. v. Beati mūdo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. **E**iusdem cap. VII. Quam angusta porta, & arcta uia est, quæ ducit ad uitam, & pauci sunt, qui inueniāt eam. **E**XPERS, id est, sine parte. **V**irg. lib. III. **A**enei. nō licuit thalamo expertē sine crimine uitā, Degere. **Q**UAM PAU. exclamatorie legendum est, & quam pro quantum rectè positiuo iunxit: nam si pro ualde accepisset, superlatiuum sibi uendicabat, ut **V**alla alibi docet.

Quid sūt qui Deū uidebūt.

NON SVNT VERA

gaudia in præsentia uita.

Delectare queunt præsentis gaudia uitæ?

Quorum cum pœna toxica finis habet?

DELECTARE. Possunt ullo modo, rogat Michaël, delectare gaudia præsentis uitæ? quorum finis nihil aliud habet, quam uenena simul cum pœna? **M**att. cap. XVI. ita scriptum est: Qui enim uoluerit animam suam saluā facere, perdet eam. Qui autem perdidit animā suam propter me, inueniet eam. Ergo uera gaudia non sunt in hac uita. **T**OXICA, id est, uenena. **T**axus (ut **P**linius lib. XVI. scribit) arbore syluestris est: cuius masnoxiio fructus. **L**etale quippe baccis in **H**ispania præcipue, uenenum inest. **I**dem paulò inferius: Sunt qui & toxica hinc appellata dicunt uenena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tingantur.

Qui animam propter Deū perdet. eā inueniet.

VIRTUS REDDIT IMMORTALES

Omnia quum pereāt, uirtus est sola perennis:

Hæc immortales reddere sola potest.

OMNIA. Cum omnia alia consumantur, uirtus sola (asferat poëta) in æternū durat, quæ sola potest homines red

e

dere immortales. Salustius in Catil. Virtus clara, æternaq;
habetur. Idē in Iugur. At ingenij egregia facinora, sicuti ani-
ma immortalia sunt. HÆC id est, uirtus: & demonstrati-
uē pronomen Hæc, ponitur.

FORMAE PROSPERAE

non est fidendum.

Pone modum, rebus ^{nimium} confise secundis:

Quæ dedit, hæc eadē fors tibi tollet opes.

Eadē for PONE. Constitue. Temperantiam, & modestiam hor-
tuna quæ tatur Verinus. O' nimium rebus prosperis confidens, quan-
dedit au= doquidem fortuna, quæ affluentes tibi diuitias attulit, hæc
feret. eadē rursus illas auferet. Luca. lib. 11. Hæc duri immota Ca-
tonis Secta fuit, seruare modum. Ciccr. libr. 11. de Offi. Ma-
gnam uim esse in fortuna in utranq; partem: uel secundas ad
res, uel aduersas, quis ignorat? MODVM id est, modestiã.
NIMI. CONF. id est, credule, Verg. libr. v. O' nimium
cœlo, & pelago confise sereno.

ALIUD.

Quid tibi si gemas omnes cumularis, et aurū?

Et tua tartareis mens crucietur aquis?

Nil pro= QUID, Si omnes gemmas, & omne aurum tibi acquisi-
sunt diui ueris, & anima tua in aquis torqueatur infernis, quid pro-
tiæ si ani derit rogat poëta. q. d. nihil omnino. Sic Matth. cap. xvi.
ma sit in Quid enim prodest homini si uniuersum mundum lucretur,
inferis tor animæ uerò suæ detrimentum patiatur? GEMMAS id est,
quenda. præciosiores lapillos. CVMVLA id est, corraseris. AV-
RVM. uel à Græca etymologia, quod præcipuè custodi-
tur: Græcè enim *ἀποδεύω* custodire dicitur: unde & thesaurū:
uel secundum Hippocratem, à nomine inuentoris, quæ uoci-
tatum

tatum ait Aurion: uel quia mētes hominum auertat: uel quia
ausum Sabini illud dicebant appellari: Festus extat author.
TARTA id est, infernis. Tartarus refert Ser. in lib. vi. Ae-
neid. melius, ἀπὸ τῆς ταρταρίσης, id est, à tremore frigori trahi-
tur. AQVISTAR. Propter Phlegetonta dixit.

DEVS NON MISRETUR

assiduè peccantis.

Assiduè peccantis erit Deus hostis acerbus:

Quouè magis tolerat, scæuior ultro erit.

ASSI. Deus erit grauis inimicus eius, qui assiduè pec- Deus quæ
cat testatur Michaël: uel si non statim punit, quò diutius pec exaudit.
cantis scelera suffert, tantò immitior uindictor erit. Io. cap.
ix. Scimus autem quia peccatores Deus non audit, sed si
quis Dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc exau-
dit. Valerius lib. 1. Lento enim gradu ad uindictam sui diui-
na procedit ira, tarditatemq; supplicij grauitate compensat.
HOSTIS, scribit Festus apud antiquos peregrinus dice-
batur: & qui nunc hostis, perduellis. Quod & Cice. libro
1. de Offi. memor. at.

DEVS PVNIT EXPECTANS

tardos grauiora pœna.

Quid rides? grauitate deus tormeta repēdet:

Et gliscit tardis grandior ira moris.

QVID. Quapropter letaris, rogat Michaël, quasi nū-
quam ob delicta sis à Deo puniendus, quia in præsentiarum
non statim puniris? q. d. Amen amen dico tibi, quanuis Deus
tardet, tamen ipse tormenta tuis peccatis grauiora pœna
imponet, & ipsa eadem in dies ira indignatior crescit, dum
te longis præstolatur expectationibus, si te forsan corrigas.

Cor stultum Ecclesi. cap. VII. Cor sapientium ubi trititia est, & cor stultorum ubi, torum ubi letitia. Idem cap. VIII. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filij hominum perpetrant mala. At tamen peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quod erit bonum timentibus deum, quia uerentur faciem eius. REPEN. id est, imponit, et recopensat. Verg. lib. II. Aene. Si uera feram, si magna rependam. GLIS. id est, crescit. Idem lib. unde dixit XII. Haud secus incenso gliscit uolentia Turno. Unde & si sunt. glires dicti sunt (ait Seruius) quos pingues efficit somnus.

PECUNIA AMISSA GRAUIVS

lugetur, quam peccatum.

Si tua tam uero lueres peccata dolore
Ut nummos, esses uisima grata Deo.

SI, Tam uero dolore, lachrimisque; scelera tua persolueres, ait Michaël, quam uero dolore, lachrimisque; nummos desoles, esses sacrificium, & (ut ita dicam) martyr Deo. Ecclesi. capite v. Est & alia infirmitas pessima, quam uidi sub sole: Diuitie conseruatae in malum domini sui. Iuue. saty. XIII. Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris. LVERES. id est, solueres. Verg. libro primo. Aene. Post mihi non simili poena commissa luetis. Seru. Nā apud Priscos (inquit) Omnes poenae pecuniariae erāt. De uictima iam pridem dictum est.

Apud Priscos

DE BREVI TEMPORE, ET
de secordia hominum.

omnes poenae pucniariae erant. Si mora nulla datur uitae labentibus horis:

Cur ita tam longo turba sopore iacet?

SI. Si nullum, Ait Verinus, oculum datur, uitae nostrae horis assidue praeterentibus qua ratione tam sine alterius uitae

cura

cura pleraque; mortaliū multitudo in tam longo somno, atque secordia iacet? unde Eccl. x. Quodcumque facere potest manus tua instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. DATVR. subaudi à fatiis, ut antiqui: à deo, ut nos interpretamur. VITAE LABENTIBVS HORIS. ablatiuus absolutus est. & mire dixit HORIS, non ANNIS: nam uita humanae uix sunt anni, sed horae. SOPO. id est, somno, & secordia. Aliquando pro morte accipitur. Hor. libro primo car. Ergo Quintiliū perpetuus sopor urget.

QVOD MORS NON DE-

bet esse res noua.

Quid subito palles ^{sic in loquido} audito uomine mortis?

paraque parat
amarillo

Antibi res noua mors? unde repente metus?

QVOD. Qua de re times, horresque; cum primum mortis nomen audisti, rogat poeta: nunquid mors tibi est res noua? & unquam uel uisa, uel audita? unde metus iste ex improuiso nascitur? q. d. parce metu, quia nihil usitatus est morte. Marti. libro x. summum nec metuas diem, nec optes. Hora. libro I. Pallida mors a quo pulsat pede pauperum tabernas, regumque; tures. PAL. id est, times. VNDE, id est, ex qua mortis nouitate? & interrogatiue legendum est.

QVANDO MORS EST OPTIMA.

Optima mors tunc est, quum uita est criminis expers,

Mors felix, uita est quum tibi chara magis.

OPTIMA. Mors quidem eo tempore sanctissima est, cum uita peccato non est obnoxia: & mors denique; fortunata tunc habetur, cum tibi uita est magis iucunda. Ecclesi. cap. xxx. Me-

Melior lior est mors, quàm uita amara: et requies æterna, quàm lan-
est mors quor perseuerans. **EXPER S**, id est, insons, & innocens.
quàm ui- **MORS FOE**. *repete tunc est: per zeugma à superiori.*
ta amara.

POST GAUDIUM VITAE
uenit luctus mortis.

Quid letare miser? nescis post gaudia uitæ
Perpetuos luctus mortis adesse tibi?

Q V I D. Cur te ò infœlix iactas, rogat Michaël: an igno-
ras post tua huius uitæ gaudia sempiterna tibi mortis lachry-
mas esse paratas? **Sapien. v**. Quid profuit nobis superbia? aut
diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia
illa tanquam umbra, & tanquam nuntius præcurrens. **A =**
D E S S E, id est, propè esse. **Cice. lib. i. de Offi.** Ad id solum
quod adest, quodq; præsens est se accommodat.

Q V O D D E V S N O N E S T
author culpæ, sed poenæ.

Nō Deus est author culpæ, sed criminis ultor:
Pro meritis iustis præmia iusta dabit.

Deus N O N D e u s. Afferat Michaël, non est qui culpam ho-
mortē nō minibus fecerit, sed ipsi sibi homines peccando culpam fa-
fecit, nec ciunt, sed est in peccatum uindictator, & punitor, quiq; pro
letatur in meritis sanctis sancta quoq; præmia rependet. **Sapientie. i.**
perditio = cap. Quoniam Deus mortem non fecit, nec letatur in perdi-
ne malo = tione uiuorū. **Apost. ad Ga.** Qui uerò seminauerit in spiri-
rum. tu, de spiritu metet uitā æternā. **A V T**. id est, (ut ita dicam)
factor. **Actor**, & author docet **Vall. lib. i. i. i.** ita differunt:
q; actor dicitur orator, qui agit causam, quiq; gestū uultus
Actor et & corporis agit. **Author est** (ut sic dicam) factor: nam fa-
author. ctor in usu non est, nisi in quibusdam è Græco translatis.

D E

D E V I T A E C U P I D I T A T E
in tot malis.

Quū mala præsentis longè sint plurima uitæ,
Quàm bona: cur uitæ tanta cupido tenet?

Q V V M. Quum multò plurima mala huius seculi uitæ
sint, quàm bona, querit poëta, qua gratia, tanta uitæ longio-
ris cupiditas homines tenet. Vnde **Cæsar Apud Salust. in lu-**
ctu, atq; miserijs mortem ærumnarum requiem, non crucia-
tum esse. **Q V V M**, id est, quando coniunctio est adiunctiua, **Cū**, præ
& per q literam scribatur oportet: nam præpositio per c positio p
scribitur. tametsi est quædam affinitas inter utramq; cognæ c scribi-
tionis literam. **L O N G E** recte (ut diximus) superlatiuo iun-
gitur. **Catul. in epigram.** Idemq; lōgè plurimos facit uersus. uerò per

V I A C O E L I D I F F I C I L I S,
sed promissio Dei facilis.

Est uia difficilis, superas quæ ducit ad oras:
Promissis facilis redditur illa Dei.

E S T. Via quæ ad regiones ducit cœlestes (ait Michaël)
difficilis quidem habetur, sed cumulatißimis Dei promi-
sionibus perquam facilis redditur. Hinc est quod **Matthæi**
vii. iampridem adducimus: Quàm angusta porta, & arcta
uia est, quæ ducit ad uitā: & pauci sunt, qui inueniunt eam.
Eiusdem cap. x. qui autem perseuerauerit usque in finem, hic
saluus erit. Hanc sententiam de uirtute **Hesiodus** primò, de-
inde **Verg.** tradiderūt. **Verg. de litera Pythagoræ.** Nam uia
uirtutis dextrum petit ardua callem. Difficilemq; additum
primū spectantibus offert: Sed requiem præbet fessis in uer-
tice summo. **F A C I**. id est, per uia.

e 4

VLCVS PRODITVM
citius curatur.

Quod citò prodideris medico curabitur ulcus
Obfuit, heu, multis oculuisse diu.

Q. V O D. Vlcus, hoc est intrinseca malignitas, quod si ne mora ostenderis medico, asseuerat Verinus, curabitur: uerum heu me (inquit) multis nocuit ulcus ipsum celasse diu. In infirmitate orate ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te. P R O D I. id est, denuntiaueris. Vergil. libro ij. Aenei. Prodere uoce suam quenuquam. Vlcus & uulnus (ait Marcel.) hoc distat, quod ulcus tecta est, & clausa malignitas. Vergilius libro tertio Geor. Quam si quis ferro potuit rescindere summum ulceris, os, alitur uitium, uiuitq; tegendo. Vlnus, hians, & patens. Idem in x. Produxi, pressive oculos, aut uulnera laui veste tegens.

AVARVS PRAETOR
iniustitiae causa.

Quum reus est diues praetore nactus auarū,
Quid non sperabit posse licere sibi?

Q. V V M. Vbi his qui accusatur diues est, si iudicem assecutus est auarum, quid non sperabit, rogat poeta, licere sibi facere? q. d. omnia: quoniam pecunia praetore placabit. Salu. de Iugur. apud magistratus Romanos ita memorat: Exisimans sese aliquid interim Romae pretio, aut gratia effecturum. P R A E T O. id est, iudicem: Praetor autem dictus, auctore Varrone, qui praeret iuri, & exercitui. Auarum, & Cupidus. auidum, scribit Marcel. ita discernuntur: Auarum enim semper in reprehensione est: Auidum autem ab auendo, quod est

est etiā honeste cupiendo, trahitur. Sallu. in Catil. Laudis auidi, pecuniae liberales erant. L I C E R E. id est, licet per- mitti. Apostol. ad Corinth. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

QVALES PRINCIPES,
tales populi.

Si studia, & mores populi cognoscere curas,
Res facilis: uitam principis inspicias.

S I. Si exercitationes, consuetudinesq; cuiuspiam populi percognitas habere quæris, ait poeta, in promptu est, & facile: animaduerte, inquit, principis ipsius uitam. nam talis erit & ipse populus. Salomon Prouebior. capi. x i. Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem ubi multa cōsi- lia. Inde est quod antiquae historiae passim prodiderunt Romanos sub Romulo bellacissimo, sub Numa Pōpilio religio- sus extitisse. S I C V R. sic Horatius in arte poetica. Si curat cor spectatis tetigisse querela. I N S P I C I A S. id est, in moribus eius aspicias. Teren. in Adel. Postremo tanquam in speculum in patinas Demea inspicere iubeo.

CVR SOLVS IN AGRIS
sepe uersatur.

Esse tibi solus uideor, si solus oberrem:

Tunc mihi Pieridum turba canora comes.

E S S E. Quidā poetae amicus animaduertens poetam remotis arbitris atq; nullis comitibus deambulare, forsasse quia meditabatur secum haec disticha, querebat à Verino quare ita esset solus, & unicus, cui poeta respondet non esse se solum, quāuis uideatur solus: quia Musae illum stipabant. Sic Cice. de Cice. lib. iij. de Offi. de Scipione: publiū Scipionem Marce Scipione

fili eum, qui primus Africanus appellatus est, dicere solitū scripsit Cato, qui fuit ferè eius æqualis, Nunquàm se minus ociosum esse, quàm cum ociosus, nec minus solum quàm cū solus esset. OBER. circumambulem. Persi. saty. v. Ancipiti obsequio dominos alternus oberres. TVR. CANO. id est, chorus senorosus.

ALIVD.

Quū fugiam cœtus, me tãquã carpis agrestē:
Tunc ego sum solus, cū mihi turba comes.

QVVM. Idem amicus, quia Michaëlem uidebat esse solū, & cogitabundū, agrestē eū, et ab hominū cœtu abalienatū reprehēdebat, at poëta respōdet se quidē tūc magis esse solum, quoties eū multitudo comitaretur: abducebatur enim ab honestissima distichorū cogitatione. Idem Cic. de eodē Scipione: Magnifica uerò uox, & magno uiro, & sapiente digna, quæ declarat illū & in ocio de negotijs cogitare, & in solitudine secum loqui solitū ut neq; cessaret unquam, & interdum colloquio alterius non egeret. Itaq; duæ res, quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebāt, ocium, & solitudo.

DE ADVLATORE.

Blandus adulator regum certissima pestis,
Hæc gaudet sanctos perdere sæpe uiros.

BLANDVS. Palpans assentator, ait poëta est uerissima regum pestilitas & plusquam morbus: & hæc eadē sæpenumero audet uiros uitæ integerrimos pessundare. Sic Curt. lib. v. de Alexandro: Iouis filium non dici tantum se, sed etiã credi uolebat: perinde ac si animis imperare posset, ac linguis. Itaq; more Persarum Macedonas uenerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora uoluit. Non deerat

Curtius
de Alexã
dro.

deerat talia concupiscenti perniciofa adulatio, perpetuum malum regum: quorum opes sæpius assentatio, quàm hostis euertit. BLAN. id est, uerbis blandis palpans.

DE EODEM.

Blandus adulator uirus commune potentum,
Sæpius infesto sæuior hoste nocet.

BLAN. Palpans adulator commune est potentiorum uenenum, inquit, qui crudelior percrebrò aliquo hoste, uehementer molesto, officit. Salo. prouer. cap. xxix. Homo qui blandis, fictisq; sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. INFES. id est, molesto. Valla li. iij. Infensus uehementer iratus, et odiū gerēs: Infestus uehementer molestus, atq; in aduersū uadēs. Inde infestare, et infesta signa.

QVALES ESSE DEBEMVS.

Sis nulli blādus, sed uerus, & omnibus æquus.
Vox clamore uacet, sit sine lite sonus.

SIS. Nulli fueris palpo, & adulator, præcipit uates, sed ueridicus omnibus & iustus: & tamen uox tua uehementiori uoce absteineat, & eius sonitus sit tenuis, & sine litigio contentioso. Salo. prouer. cap. xxvii. Melior est manifesta correctio, quàm amor absconditus: meliora sunt uulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis. SIT SINE LITE. sit Mar. lib. ij. Sit sine lite dies.

Melior
est manife
sta corre
ctio quã
amor ab
scōditus.

DE RISV.

Immodicus risus non est sapientis, & index
Stultitiæ: lepidi sint sine dente ioci.

IMMODI. Risus immoderatus sapiētis nō est, asseuerat Verimus, & signū est imprudentiæ: tamen si ridere libet, sit ri

Iocus. sitirifus irrisione. Quint li. vi. de risu ad hunc modum scribit: Habet enim (ut Cicer. dicit) sedem in deformitate aliqua, & turpitudine, quæ quæ in alijs demonstratur, urbanitas, qui in ipsum dicentem recidit stultitia uocatur. Idem paulo superius: Ideoq; anceps eius rei ratio est, quia à derisu non procul abest risus. I O C I. id est, urbanitates, & facetiæ. Idem eodem lib. Iocum uerò accipimus, quod est cōtrarium serio.

N E S I M V S L O Q V A C E S.

Vis sapiens dici? rarò, & meditata loquere:
Sæpe loquax uerbis proditur ipse suis.

V I S. Cupis interrogat poëta, appellari sapiens? loquere, inquit serò, & uerba prius tecum reputa, quoniam qui nimis loquitur, sæpe suis ipse uerbis deprehenditur, & manifestatur quòd sit incipiens. Ecclesiast. cap. x x. Homo sapiens tacebit usq; ad tempus: Lasciuus autem, & imprudens non seruabit tempus. Idem. c. x x i. Cor fatui quasi uas confracum, & omnem sapientiam non tenebit. Eccles. v i i i. Tēpus et responsonē cor sapientis intelligit. Salo. Prou. c. x v. sicut urbs patēs, et absq; murorū ambitu, ita uir qui nō potest in loquēdo cohibere spiritū suū. Teren. in Heauton. nam mihi quale ingenium haberes fuit indicio oratio tua. S A P. id est, plurimarum rerum prudens. Cicero in dialog. de Amicitia de C. Lælio: te autem alio quodammodo dicunt nam solū natura, & moribus, uerū etiam studio, & doctrina esse sapientem. M E D I T A T A. passiuè dixit à deponentis generis uerbo. L O Q V A X, id est, uerbosus.

V E R A L A U S B O N O R V M.

Omne genus laudis turpi uilescit in ore:
Vera boni, & docti laus solet esse uiri:

Omne

OMNE. Vniuersum laudationis genus, testatur poëta, in alijs inhonesti hominis sordescit, & nullius nomenti habetur: sed uera laus, & iusti, & sapientis uiri esse consuevit. Vnde Cic. li. iij. Tus. quæstio. aliter enim Næuianus ille gaudet Hector. Lætus sum, inquit, laudari abs te, pater laudato uiro. V I L E S. id est, magis, atq; magis uilis fit, & est ex his uerbis, quæ uetustiores Grāmatici inchoatiua, sed Valla Verba au li. i. multò uerius passionis idiopathiæ, hoc est, propriæ, siue gmentati intrinsecæ augmētatiua nominat. D O C T I. id est, sapientis. ua.

N E C N O S T R A L A U D A R E, N E C
alienareprehendere debemus.

Nec tua laudabis, nec facta aliena reprendes:

Nam satis est, alter si tua facta canit.

N E C. Duo dicit. Nec facta tua ipse laudabis, nec eorū, quæ ab alijs fiunt, fueris detractor. Nam contentus (inquit) esse debebis, si tu ita uiuas, ut alter quæ ipse confeceris probet. Salo. prouerb. c. x x v i j. Ne gloriaris in crastinū, ignorans quid superuentura pariet dies. Laudet te alienus, & nō os tuum: extraneus, & non labia tua. Idem ca. xxiiij. Time dominum, Fili mi & reges: & detractoribus nō commiscearis. quoniam repente consurget perditio horū, & ruinā utriusq; quis nouit? L A U D. id est, uerbis efferes secūdū Marcel. R E P R E N D E S. Synæresim, hoc est collisionē usurpauit pro reprehendes, quod carminis gratia fieri constat. C A N I T. id est, laudat, Serui. in lib. i. Aenei. Cano sermo polyse Cano mus (inquit) Nam aliàs laudo, aliàs diuino, aliàs canto. quid.

A D M A V R V M D E S I D E M.

Tempore sic omni deses colis ocia Maure:]

Vt recutitorum sabatta turba colit.

T E M P.

TEMP. Maurum quendam hominem desidiosissimū ita obiurgat, toto uitæ tempore ô Maure non secus ignauus o= cia ueneraris, ad multitudine, & populus circuncisorum sua sabbata ueneratur, & profecto sub interrogatione maiori acumine, atque acrimonia legendum est. Ecclesiast. cap. xxx=

Multam iij. Multam enim malitiam docuit ociositas. Catul. in epig. malitiam Ocium reges prius, & beatus perdidit urbes. COL. ocium docuit o= tanquam Deum quempiam ueneraris. Sueto. in Augusto: Ne ciositas. Iudæus quidem, mi Tyberi, tam diligenter sabbatis ieiuniū Recutiti seruat, quā ego hodie seruauī. RECUTI. id est, circun= qui dicantur cisorum. Sanè recutiti dicuntur Iudæi, quoniam Iudæis pue= ris cutis illa mentule (quod præputium uocamus) recideba= tur, et cutis postea renascebatur, quasi renata cute tecti. Mar= ti. lib. vij. Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum. Idem lib. ix. Nec nuptæ recutitæ colla mule. Persi. saty. v. Recu= titaq; sabbata pelles. Corne. Tacitus lib. xxi. de Iudæis: Cir= cuncidere (inquit) genitalia instituerē, ut diuersitate noscā= tur. Herodotus autem de Aegyptijs ita refert lib. ij. Virilia circuncidunt munditiæ gratia, pluris facientes se mūdōs esse, quā decoros. Sed nostri theologi longè uerissimè mysti= ce omnia hæc interpretantur. Nā & Christū constat fuisse circuncisum in lege domini octauo post natiuitatem die. Lu= cæ. ij. Postquam consummati sunt dies octo, ut circuncide= retur puer, uocatum est nomen eius Iesus. Hora. item lib. i. Sermonum, Iudæus appella dixit, quasi sine pelle. Nec mirū Romanos sapientes in lege, quam nondum nouerant, sacrile= gè errasse. S A B. Sabbatum Hebraicè, Latine requies inter= pretatur, septimus hebdomadæ dies: quoniā uidelicet in crea= tione mundi, & omnium creatarum, à Deo rerū, septimo die Deus requieuit, siue cessauit, ita appellatū Gen. ij. Igitur perfecti sunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum: com= pleuitq;

Sabbatū
quid.

pleuitq; Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & re= quieuit die septimo ab uniuerso opere, quod patrarat, & be= nedixit diei septimo, & sanctificauit illū, quia in ipso cessa= uerat ab omni opere suo, quod creauit Deus ut faceret. Iu= stinus item epitome. x x x v i. tradit Mosē filium Ioseph terminis Aegypti pulsum, exulum ducem, sacra Aegyptio= rum furto abstulisse, quæ repetētes armis Aegyptij domū re= dire tempestatibus compulsi sunt, itaque Damascena patria antiqua repetita cū populo suo fatigatur, ubi septimus dies uenit more gētis sabbatū appellatum in omne æuum ieiuniū sacrasse, quoniam ille dies famen illis, erroremq; finierat.

DE MVNERE.

Munera quid possint, testatur ferrea turris.
Quam uictor fuluo Iupiter Imbre subit.

MVNERA. Quantum possunt munera corrumpere (ait poëta) ferrea regis Acrisij turris, testis est, quam Iupi= ter imbre aureo uictor expugnauit. Iuue. saty. x. Tanta in mu= neribus fiducia. De Acrisio Abantis filio xiiij. Argiuorum rege (ut Eusebius commemorat) & Danaæ eius filia, & Io= ue huius corruptore. Lactan. in lib. i. Thebai ita scribit: A= crisius pater Danaës accepto oraculo mortem sibi futuram ab eo, qui ex filia natus esset, illam in turri clausit. Iupiter ue= rò in aurum uersus eam uitiauit, ex quo congressu natus est Perseus, qui postea Acrisium obtecto Gorgonis capite in sa= xum uertit. Teren. in Eunu. Deum sese in hominem conuer= Argiuo= tisse, atq; per alienas tegulas uenisse clanculum per implu= rum rex. uium, fucum factū mulieri. Ergo Iupiter cōuersus in imbrem De ioue aureum, quod fuit instar muneris, in gremium Danaës de= in imbrē scenæs, illam grauidam reddidit. S V B I T. id est, ingressus aureum est. Verg. lib. v i. Iam subeunt Triuiae lucos. cōuerso.

De

Quid non argento? quid non corrūpitur auro?
Qui maiora dabit munera, uictor erit.

QVID. Quid nō uel argēto, uel auro corrūpitur, & expugnatur? rogat poēta. q. d. omnia. Nam qui maiora munera dabit uictor, & rei cupitæ impetrator euadet. Ecelesi. x. & pecuniæ obediūt omnia. Ouid. lib. i. de arte aman. Aurea sunt uerè nūc secula, plurimus auro Venit honos, auro cōciliatur amor. ARGENTVM. ut uidetur candidū est, nā à Græcis argyros dicitur, et pro supellectili, ac numeribus argenteis, ut puta scyphis, cochlearibus usurpatur, quod de auro quoq; sentiendum est. VICTOR. id est, effector propositi & uoti sui. positi, & uoti, ut inquit Ser. Verg. li. ii. Geor. Victorq; uirum uolitare per ora, quanquam hoc loco magis significat compos uoti, atq; imperator.

Argentū
Grece ar
gyros.
Victor =
effector
propositi
& uoti
sui.

DIVITES PLERVNQVAE MALLI.
Difficile est opibus mores seruare ^{causa} pudicos:
Omnia diuitibus nonne licere uides?

DIFFI. Arduum proculdubio est abundantī facultatibus ac diuiti, castos mores colere ait poēta: & interrogatiue probat, nonne, inquit, uides pessima quæque permitti opulentis, ac pecuniosis? Mart. lib. x. de Nerua. Ardua res hæc est, opibus non tradere mores, & cum tot Croesos uiceris esse Numam. Sallu. in Cati. Igitur ex diuitijs iuuentutem luxuria, atq; auaritia, unā cum superbia inuasere: rapere, consumere, sua paruipendere, aliena cupere, pudorem pudicitiam, diuina, atque humana promiscuè, nil pensi, nilq; moderati habere.

D I V I

DIVITIAE SVNT CAU=

sa periculorum.

Quum sint diuitiæ manifesta pericula uitæ,
Cur uoto à cunctis sic cupiuntur opes?

Q. V V M. Cur, inquit poēta usqueadeò ab omnibus mortalibus animi desiderio appetuntur facultates, quum præsertim diuitiæ ipsæ nota sint uitæ pericula? Matt. x i x. Et iterum dico uobis, Facilius est camelū per foramen acus transire, quā diuitem intrare in regnum cœlorum. Iuu. satyr. i. Et si funesta pecunia templū Nondū habitas. Idem sat. vi. Prima peregrinos obscœna pecunia mores Intulit. Et quæ sequuntur. Luca. lib. iij. Phar. Usqueadeò solus ferrum, mortemq; timere Auri nescit amor. D I V I. id est, facultates. Diues (scribit Varro libr. iij.) à diuo dictum: qui, ut Deus, nihil indigere uidetur. V I T A E, id est, salutis. Idem lib. i. Difficili quidem sermone in uocabulorum præsertim significatione ita scribit. Poēta de cœlo semen igneum decidisse dicunt in mare, ac natam è spumis Venerē cōiunctione ignis, & humoris quam haberet, uim significantes ueneris: à qua ui natis dicta uita. Vita un= de dicta.

PAVPERTAS CVM BONA
sit, ab omnibus euitatur.

Sobria paupertas multorū causa bonorū est:
Hanc tamē ut pestem plurima turba fugit:

S O B. Modesta paupertas multarum simul commoditatum causa habetur (asseuerat Veri.) nihilominus eā (inquit) pleraq; multitudo, tanquam pestilitatem, uitat. Hoc autē innuit, quòd sicuti ex opulentia libido, ita ex pauperie abstinentia, & cōtinentia nascuntur, Iuue. saty. v i. Nullum cri=

f

men abest, facinusq; libidinis, ex quo Paupertas Romana Diuitie perit. Salo. cap. xix. Diuitie addūt amicos plurimos: à pau addūt a= pere autem & hi quos habuit separantur. SOBRI. id est, sana, & modesta. Nam sobrius dicitur sanæ mētis homo quasi ab ebrio separatus. Terent. in Andr. Tu pol homo non es sobrius. PAUPER TAS declinatatur etiam pauperies, per quintam inflexionem: sed huius primigenium pauper commune est, etiam si Plau. in Aulularia apud Pri. lib. v. paupera hæc res est: fœmineum in a, prisca licentia dixit: quemadmodum Teren. in Anaria, Quàm honeste in patria paupera uiuere. quod & Seruius in lib. iij. Aenei. non prætermisit.

NATURA PAUCIS CONTENTA.

Quid tibi deesse potest, modicus si panis, & unda,

Prandia, uel cœnam si tibi præbet holus.

QV I D. Quidnam tibi ad uitã ducendã deficere potest, si exiguus panis, & exigua aqua præbet prandia: uel si hortensis herba tibi cœnam suppeditat? q. d. nihil: ait poëta. Iuu. saty. xiiij. O pueri Marsus dicebat, & Hernicus olim, Vestinusq; senex, panem queramus aratro. Qui satis est mensis: laudat hoc numina ruris. Verg. lib. iij. Geor. Hic rarum tamen in dumis holus, albaq; circũ Lilia, uerbenasq; premens, uescũq; papauer, Regum æquabat opes animis, seraq; reuertens Nocte domum, dapibus mēsas onerabat inemptis. DE ESSE. syneresis est: cuius alibi meminimus. PRANDIA, epulæ sunt, quæ ante meridiem sumebantur. Festus, Prandium ex Græco est dictum: nam meridianum cibum cœnam uocabant. Ab eo diminutiuum prædiculum, ut idem tradit, id est, ientaculum: siue prandiolum.

Prandiũ
quid.

MOR

MORS EXPECTANDA INTREPIDE.

Expectes omni securus tempore mortem,
Nam quo sit nescis excipienda loco.

EXPEC. Præstolare omni uitæ tempore nihil trepidus, sed ex bene acta uita insolicitus ipsam mortẽ, hortatur Michaël. neque enim compertum habes quo loco eam fueris toleraturus. Esdræ lib. iij. Parati estote ad temporis præmia regni: quia lux perpetua lucebit uobis per æternitatem. Aposto. ad Cor. Vigilate, iusti estote, nolite peccare. Vnusquisq; Vnusquis enim sarcinam suam portabit. SECURVS. id est, sine cura, que sarci inquit Festus. MOR. Mors est animi discessus à corpore, nã suam ut Cicer. libro i. Tusc. quæst. definit. EXCIP I. id est, adportabit. mittenda, & toleranda.

MORS VBIQUE.

Ipsè licet fugias pennis uelocius Euri,
Non tamen effugies tela tremenda necis.

IPSE. Quauis tu fugias uelocius, quàm flat uentus Eurus (testatur Verrius) non tamen uitabis horribilem mortis Mors percussione. Hora. libr. i. car. Sed omnes una manet mors, et quid. calcanda semel uia leti. Iob. vi. Militia est uita hominis su= Omnes per terram, & sicut dies mercenarij dies eius. Idẽ Hor. li. ij. una na= car. Omnes eodem cogimur, omnium Versatur urna serius, net mors. ocuus Sors exitura, & nos in æternum Exilium impositura cymbæ. PEN. id est, plumis, siue alis. Ouid. lib. i. meta. Mæ= Eurus didis Notus euolat alis. Ergo alæ uētis attribuuntur propter subsola= flatum. EVRI. Ventus est, qui ab oriente flat. Pli. lib. ij. Ab nus uul= oriente æquinoctiali Subsolanus, ab oriente brumali Vul= turnus turnus: illum Apelioten, hunc Græci Eurũ appellant. TE= unde flat. LA. sumpta est metaphora à sagittarijs.

f 2

*Infœlix palles audito nomine mortis,
Tanquàm sit soli mors fugienda tibi.*

IN Fœ. O infœtunate, exclamat poëta, formidolosus es statim atq; nomē mortis audisti? quasi tu solus debeas mortem fugere? ac si dicat, noli metuere rem communem. Ecclesi. cap. xli. Noli metuere iudiciū mortis, memēto quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi, hoc iudicium à Domino omni carni, & qui superuenient tibi in beneplacito altissimi siue decem, siue centum, siue milia anni. Lucre. lib. iij. Scire licet nobis, in morte nil esse timendū. quanquàm uerba eiusdem, quæ subsequuntur, secundum Epicurum sunt: Nec miserum fieri qui nō est, posse, neq; hilum Differre, an nullo fuerit iam tempore natus. Quæ à religione nostra longè absunt. PAL. id est, pertimescis. Iuu. sat. xiiij. Et ad omnia fulgura pallēt, Cum tonat. SOLI. usitatè dixit: nam solo explosus est datiuus, quanquam Teren. in Eunu. prisca declinatione Solæ mihi ridiculo fuit: scribat. Quod Pris. quoq; lib. xij. profitetur. Vbi etiā cuicuiusmodi pro cuiuscuiusmodi lectū esse, ita probat Cic. p. Sex. Roscio: Vereor enim cuicuiusmodi modi est Rosci. Idem tamē excipit neuter, quod magis tāquā mobilia declinatur genitiuo neutri & i datiuo neutro & o.

MORS VITARI NON POTEST;
unde nec timenda, nec fugienda.

Quod nequeas uitare fugis? mors omnibus in-
stat,

Nec formidanda est, nec fugienda tibi.

QVOD. Fugis (rogat poëta) id quod euadere non ualeas? mors enim omnibus communis, eademq; inuadit, quare
nec

nec timenda, nec uituperanda abs te est. Lucre. lib. iij. Certa quidem finis uitæ mortalibus astat. Nec deuitari letū potest, quin habeamus. Idem illo ipso li. Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus usu. INSTAT. id est, inuadit, urget. Vergi. ij.

Aene. Instat ui patria Pyrrhus. Sanè formidāda, & fugienda participia sunt. nō gerundia illa adiectiua, quæ Val. lib. dus, fugienda i. unicus inuenit: neq; enim habitū, & rei administrationem eadus participia sine tēpore significant, sed actū cum tempore futuro, sine omni rei administratione, quanquàm hoc loco nomina potius sunt. habenda sunt, temporis priuatione ex participijs figurata.

DE EADEM RE.

*Stultū (crede mihi) est, quod ineuitabile cernis
Effugere: & turpi si quatiare metu.*

STVL. Imprudens es mihi si credas (inquit Verinus) id uelle effugere, quod nulla ratione cauere posse, quāuis indecenti afficiaris metu, uideas. Publius in Mimis apud Gel. lib. xvij. Feras, nō culpes, quod uitari non potest. Lucr. lib. iij. Scipiades belli fulmē Carthaginis horror Ossa dedit teras, nō culpes & proinde ac famuli improbus esset. Adde repertores doctriinarū, atq; leporū. Adde Heliconiadum comites, quorum ri non potest. unus Homerus Sceptra potitus, eadē alijs sopitus quiete est. test. Deniq; Democritus postquam matura uetustas admonuit, memores motus languescere mētis: Spōte sua leto caput obtulit ipse, Ipse Epicurus obit decurso lumine uitæ. Qui genus humanū ingenio superauit, & omnes Restrinxit stellas exortus uti aërius sol. Tu uerò dubitabis, & indigna bere obire, Mortua cui uita est propè iam uiuo, atque uidentis? Qui somno partem maiorem conteris & ui, Et uigilās stertis, nec somnia cernere cessas? Solicitudinēq; geris cassa formidine mentē? STVL. id est, imprudens. Teren. in Eunu. Sed

quod cauere possis, stultum est admittere. **INE VITABILE.** componitur sicut ineluctabile, ex præpositionibus uide licet duabus (ut Quinti. lib. I. arbitratur) inter se repugnantibus. Nam ex tribus partibus nostræ utiq; linguæ non concesserim, quanuis capsis (inquit) Cic. dicat, compositum esse ex cape & si uis, & inueniantur, qui Lupercalia æque tres partes orationis esse contendunt, quasi lucre per caprum. Nā Solitaurilia iam persuasum est esse ex sue, oue, et tauro. **METV.** id est, timore, formidine, pauore, ut tradit Marcel. Cicero discreuit in v. Tuscu. quæst. In quem autem metus, in eum timiditas, formido, pauor, ignauia.

OMNIS LAUS IN PROPRIO ORE VILESCIT.

De te alij narrent: proprio sordescit in ore
Gloria, si taceas, plus tibi laudis erit.

DE TE. De tuis laudibus alij memorent (præcipit poëta) quoniã fama omnis authoris proprii sermone uilior fit: qui si taceat, maiorum laudem assequatur. Salo. Prouer. cap.

Laudet te xxij. Laudet te alienus, & non os tuum. Extraneus, & non alienus, labia tua. Sallust. de Iugur. Ad hæc pleraq; tēpora in uenant & nō os do agere leonem, atque alias feras primus, aut in primis fetuum: ex rure, plurimum facere, & minimum de seipso loqui. Idem in tranens Cati. de Catone: Esse, quam uideri bonus malebat. Itaq; quō & nō la= minus petebat gloriam, eō magis illam assequebatur. Marti. bia tua. lib. v. Crede mihi, quanuis ingentia Posthume dones, authoris pereunt garrulitate sui. **SORDESCIT.** ex illa deriuatorum forma est, quæ non inchoationem (ut rudis grammaticorum uetustas putauit) sed, ut Vallæ uerbis utar, incrementum assiduuum, atque continuum propriæ passionis significent. **GLORIA.** id est, iucunda fama. Cicero libr. I. Offic. Quam quadam gloria ductos, ut benefici uideantur.

NIL

NIL MAGIS NOSTRUM

est, quam tempus.

Nil magis est nostrū, uolucris quā tēporis usus
Sed multis tanquam res aliena uolat.

NIL. Ex uniuersis bonis, quæ philosophi externa appellāt, asseuerat poëta, nil magis proprie nostrum est, quam breuissimum fugientis uitæ tempus, sed multis tempus, tanquam esset res aliena, elabitur. Huiusmodi est illud Senecæ in epist. I. ad Lucil. Omnia mihi Lucili aliena sunt, tempus tantum nostrum est. Et Plutarc. sententiam illam Sertorij in Iberiam contēdentis ita refert: Tempus se redimere, inquit, quo nihil rarius esse consueuerit magnarum audis rerū uiris. **VOLV.** id est, tanquam uolaret fugientis. Hora. libro iij. car. Truditur dies die, Nouæq; pergunt interire lunæ. Idem lib. iij. Nec clari lapides tempora quæ semel Notis condita fastis, inclusit uolucris dies. **RES ALI.** quæ non esset illorum, et quæ ad ipsos non spectaret, cum spectet magis nihil.

QUICQUID PRÆTERITUM
est, mors nobis abstulit.

Prospicimus cūcti mortē, sed fallimur omnes:
Quicquid præteritū est, abstulit atra dies.

PROSPI. Vniuersi mortales, docet uates, procul uenturam aspiciunt mortem, falso existimantes æternum uitæ nostræ terminū esse mortē, sed fallimur, ait: neque enim in extremo uitæ mortalis fine dūtaxat morimur, sed paulatim, sicut dies nostri paulatim quoq; labuntur. Omne enim uitæ nostræ momētum, quod præterijt, morte raptum existimari debet: quare simul ac nascimur, statim mortē unā affuisse in cunabulis existimādū. Vnde illud Plin. Nepotis de C. Plinio

f 4

auunculo epistola quadam traditum: Memini quendam ex amicis, cum lector quaedam pronuntiasset perperam, reuocasse, & repeti coëgisse. Huic auunculum meū dixisse, intellexeras? Nempe cum ille annuisset. Cur ergo reuocabas? Decem amplius uersus hac tua interpellatione perdidimus. Tanta erat parsimonia temporis. MOR. id est, ultimam finem. *Mors qd & unde dicta.* Sanè mors à *μῆρος* Græco trahitur, quòd sortem, siue partem significat. Est autè mors secundum Platonicos nil aliud, quàm animæ, corporisq; dissolutio, & separatio. Nā quod August. in lib. contra Pelagianos ita scribit, Opinor nanque quòd ideo mors hoc uocabulū accepit, eo quòd morsu quodammodo uenenoſi serpentis, id est, diaboli, in paradiso Adam fuerit interemptus: minus ad etymologiam mortis attinet, cum præsertim mors sit uocabulum Latinum ex Græco deductum, historia uerò Adæ siue potius Adami fuerit Hebræa, & quidē Iudaica. ATRA DI. id est, mortis. Tibul. lib. I. Quis furor est atrā bellis accersere mortem? QVICQ; QUID, id est, quodcunque uitæ momentum.

VOLUPTAS BREVIS, ET SEMPER
habet in fine pœnitentiam.

Est instar floris uerni fugitiua uoluptas:

Quod pudeat semper, pœniteatq; facit.

Voluptas. EST. Voluptas est ad modum floris uere nascētis, ac breuiter eua= ui marcescentis, fugitiua, & aliquid semper cōmittit, quod nescit ad pudor, & pœnitentia subsequatur. Ecclesi. cap. ij. Dixi er= modū flo go in corde meo uadam, & affluam delitijs, & fruuar bonis ris mar= & uidi quòd hoc quoq; esset uanitas. Mart. lib. I. Gaudia cescentis. non remanent, sed fugitiua uolant. Iuue. saty. xij. Exemplo quodcūq; malo cōmittitur, ipsi Displicet auctori: prima est hæc ullio, quòd se Iudice nemo nocēs absoluitur. INSTAR, id est,

id est, ad morem, & naturam: aliàs significat ad æquipar= Instar rationem, ut Valla lib. vi. tradit, uel ad mensuram. Verg. li. quid si= iij. Aenei. Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar. gnificat. VER NI. id est, ueris: nam à uere uernus trahitur. Venit Vernus etiam uernus à uerna: quod est masculinum. Marti. lib. xe= unde. niorum: Et neruæ tuberes. id est, patrij, & domestici. Nam tuber pro pomo masculinum est. Sueto. in Domitiano: Cum oblatos tuberes seruare iussisset in crastinum. P U D E A T, P I G E A T Q U E. Marcel. Pudet & piget hoc distant. Pu= Pudet & det enim uerecundiæ est: Piget pœnitentiæ. Plautus in Pseu= piget dif= do, Nimio id quod pudet facilius fertur, quàm illud quod pi ferunt get. Non dedisse istum pudet me, quia non accepi piget.

DE LIBERALI SIMILI DEO.

Ille Deo similis, qui dat bene munera lætus:

Qui repetit fructus fœnoris officio est.

ILLE. Ille Deo similis existit (censet Michaël) qui lætus, & alacri fronte syncerè, ac liberaliter munera donat. Nam qui recōpensationes petit, ut captatores consueuerunt, qui nobis pauca præstant, ut multa reposcant, fœnerator, inquit, est. Sene. epistola. cxi. Quicquid boni futurum erat, dominus & parēs noster in proximo posuit: non expectauit inquisitionem nostram, & ultro dedit, nocitura altissime pressit. Paulus episto. Ad Corint. Hilarem enim datorem diligit Deus. D E O. qui omnia cōmoda hominibus dat. Cice. lib. I. Tus. quæstio. Deus est mens quaedam soluta, & li= Deuſ qd. bera, segregata ab omni cōcretionem mortali, omnia sentiēs, et mouēs, ipsaq; prædita motu sempiterno. F O E N O R I S O F F I C I O. deest in, & captatorē desinat, de quo Marti. lib. vi. Munera magna quidem misit, sed misit in hamo. Fœnus (inquit Festus) appellatur naturalis terræ fœtus, ob quam

causam & numerorum foetus scenus est uocatum: & de ea res;
 Officium leges scenebres. OFFIC. id est, usurae exactio. Est autem
 quid. officium (ut Cice. de Finibus definit) quod ita factum est, ut
 eius facti probabilis ratio reddi possit.

NULLA MAIOR USURA, ET
 sanctior, quam pascere pauperes.

Nullū maius erit lucrū, quam pascere egenū:

Fœnore nam grandi centupla dona feret.

Qui dat pauperi non indigebit.
 N V L. Nullum maius lucrū, nullaq; maior usura proue-
 nit (testatur Michaël) quam pauperem cibo, potuq; egentem
 saturare. Nam illud lucrum munera centuplicata afferet. Sa-
 lomō Prover. cap. xviij. Qui dat pauperi non indigebit,
 qui despiciit deprecantem, sustinebit penuriam. Vnde Tob.
 c. iij. ita præcipit: Panē tuum cum esuriētibus, & egentibus
 comede: et de uestimentis tuis nudos tege. E G E. id est, eū, qui
 alterius rebus indiget. Hesiodus lib. i. de agricultura: Inuidet
 agricola agricolæ, sed egenus egeno, Cerdoni cerdo, dul-
 cisq; poëta poëtæ. C E N T V. id est, centuplicata.

PALAM REDDENDAE
 grates, clam dandæ.

Ingratæ est mentis sine teste reddere grates:

Reddereq; ingrati est dona minor a datis.

Cic. ut re-
 ferendū Offi. Quod si ea, quæ acceperis utenda, maiore mensura, si
 sit benefi-
 cium. ti facere debemus? An non imitari agros fertiles, qui multo
 plus

plus afferit, quā acceperint? GRATES, id est, gratias. A= Agere
 gere gratias, scribit Valla li. v. est uirtus: Habere gratiā, est gratias et
 in animo, cum memorem accepti beneficij mētem, animumq; habere
 habeo, & inuicem gratificandi uoluntatem: Referre, siue red gratias.
 dere gratias, est factio. Dicimus item ago grates, ut idem ali= Agere
 quanto inferius testatur, sed sepius apud poëtas, qui neceffi grates a=
 tate uersus agere gratias dicere non possunt. Nonnunquam pud poë=
 etiam apud oratores: ut Cice. in somnio Scipio. Aliquantō tas.
 post suffexit in cœlum, & grates tibi, inquit, ego summe
 sol, uobisq; reliqui cœlites. Seneca in Agamemnone: Reddāt
 grates tibi grādæui, lasiūq; senes. C O M P O T E V O T O. id
 est, agāt gratias, quis enim possit referre gratias Deo? Aduer-
 tēdū q; in Lēmate est, Clam dādæ: ea sentētia in disticho nō
 apparet: & dare gratias, dubiū est, an usitatē dicatur: tamē
 in omnib. antiq; fidei exēplaribus ita lectū est, itaq; legatur.

QVI VULT IN COELO CVMVLARE
 diuitias, hic det pauperibus.

Quas Christi causa miseris donabis egenis.
 In cœlo æternas constabilibus opes.

Q V A S. Quas facultates Christi amore arūnosus pau-
 peribus dilargieris (asseuerat Michaël) æternas in cœlo cō-
 stitues, & confirmabis. Tobias cap. iij. Præmium enim bo-
 num tibi thesaurizas in uia necessitatis, quoniam elemosy-
 na ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur ani-
 mam ire in tenebras. Fiducia magna erit corā summo Deo
 elemosyna omnibus faciētibus eā. Marti. li. v. Extra fortu-
 nā est quicquid donatur amicis: Quas dederis, solas semp ha-
 bebis opes. I N C O E. id est, paradiso, cōtinēs pro cōtento.
 Pli. li. ij. Cœlū quidē haud dubiē cœlati argumēto diximus,
 ut interpretatur Mar. Varro. C O N S T A. id est, cōfirmabis.
 Plau.

Plau. in Capt. Ego rem meam cōstabiliui, quum illum emi de
 præda ab quæstoribus. Pli. lib. xx. Decoctæ autem uniuersæ
 Futurum sæ succus, dentium motus stabilit. Estq; illud aduertendum,
 quartæ Cōstabilis futuri temporis esse, ex proportione prisca, cum
 olim fie= uerba quartæ coniugationis indicatiui futurum in ibo olim
 bat in bo, terminabant, ut audibo, scibo, aliâs cōstabiliâ magis dicerē.
 ut stabili
 bo.

AD AVARVM.

Quid cumulas aurū? solum conceditur usus:

Tempora labuntur, dum cumulantur opes.

QVID. Cur aurum coaceruas auare, rogat poëta, cuius
 solummodò nobis permittitur utendi potestas? cum præ=
 fertim dum istas auges diuitias, uitæ tuæ tempora dilaban=
 tur, quasi innuat, aliquid melius potuisse fieri, quàm innanes
 opes coaceruare. Ecclesiastes capi. ij. Dixi ergo in corde
 meo, uadam, & affluam delitijs, & fruam bonis, & uidi
 quòd hoc quoq; esset uanitas. Salo. prouerb. cap. xv. Con=
 turbat domum suam, qui sectatur auaritiam: qui autē odit mu=
 nera uiuet. TEMPORA LABVN. id est, decidunt. Cice.
 lib. i. de Offi. Labi autem, errare, nescire, decipi, & malum,
 & turpe ducimus. sic Iuue. saty. ix. Dū bibimus, dum ferta,
 unguenta, puellas Poscimus, obrepit non intellecta senectus.

NVLLVM MAIUS LVCRVM, NEQVE
 certius, quàm credere Christo opes.

Quod maius fœnus, quàm Christo credere
 censum?

Promissis'ne Dei est certior ulla fides?

Fœnera= QVOD. Nunquid maior usura esse potest, scitatur Mi=
 tur domi chaël, quā nostrorū agrorū prouentū Christo cōmittere, tã=
 no qui mi quā creditori, qui minime decipit? an est inqt, ulla fiducia Dei
 poll

pollicitationibus fidelior? q. d. à quo, si censum ei credideri seretur
 nus, promissa eius accipiemus, hoc est uitam eternam, pauperis.
 quam multis sacræ scripturæ locis promittit. Salomon pro=
 uerb. cap. xix. Fœneratur domino, qui miseretur pauperis.
 CRED. committere. Credere, profitetur Marc. est seruan=
 dum committere. Plau. in aulu. Vbi is obiit mortem, qui mi=
 hi id aurum credidit. CERT. id est, uerior, & comparati= Proprie=
 uum est, cuius natura eò tendit, ut propriam qualitatem, id est, tas com=
 significationem positiui augeat: uerbi gratia, Magnus, ma= paratiui.
 ior, maximus: auget magnitudinem positiui. Paruus minor
 minimus auget, ut ita dicam, paruitudinem positiui. Qua=
 re Valla libro i. à Varrone, Pli. Seruiocq; dissentit, qui Iu=
 nior, & Senior comparatiua esse per imminutionem, Ser=
 uio referente tradiderunt: quasi iunior sit, id est, non satis
 iuuenis. Senior, id est, aliquantum senex, sed modum peni=
 tus senex. Et rectè Valla: si modò Seruius hanc interpreta= Seruius
 tionem toto iudicio pertinaciter testaretur, sed audiamus ob= de cōpa=
 secro Seruium, qui in libro sexto Aenei. his uerbis expo= ratiuo Se=
 nit: Seuior, inquit, aut comparatiuum pro positiuo posuit, nior.
 aut, ut diximus, Senior, id est, ultra uires senex, ut iunior in=
 tra iuuenem est: quam rem à Varrone tracturam confirmat
 etiam Pli. in his igitur uerbis Seruius non tam licenter, &
 incautè profitetur, quàm auide, ac malignè incusat Valla,
 cum præsertim duorum unum exponat, aut positum esse pro
 positiuo, aut re uera comparatiuè, id est, ultra uires senex.
 Quare uerecundior esse doctrina debuit Vallæ. Quidam
 scribit Varronem, Plinium, & Seruium intellexisse quando
 senior, & iunior ponebantur absolute, quod fieri nullo mo=
 do potest, nam hoc ad omnia generaliter comparatiua spe=
 etat, ergo non ad Senior, & Iunior priuatè restrinxissent,
 cum de his duobus dicerent.

Munera si gratis dederis, si lætus amicis,
Tollet diuitias has tibi nulla dies.

Benefac MVNE. Si gratuito, & hilaris munera in amicos con-
iusto & tuleris (inquit Verinus) nullū tempus tibi huiuscemodi the-
inuenies sauros auferet. Ecclesiasticus cap. xij. Benefac iusto, & in-
retribu- uenies retributionem magnam: & si non ab ipso, certè à do-
tionē ma mino. & illud Marti. Quas dederis solas semper habebis o-
gnam. pes. NVL. DIES. fœmineo genere usus est Lucre. lib. v.
Vna dies dabit exitio.

DE EADEM RE, QVOD
nemo dat gratis.

Munera qui mittit, sperat maiora remitti:
Nemo suas uellet perdere gratis opes.

MVNE. Quicumq; mittit munera (asseuerat poëta) spe-
rat maiora sibi remissum iri. Nemo enim est, qui aliter decer-
neret, gratuito facultates suas in perditionem dimittere. La-
zenter autem captatores carpit, qui arborum testamēta mune-
ribus captant. Marti. lib. viij. ad Gaurum: Munera qui tibi
dat locupleti, Gaure, seniq; Si sapis, & sentis, hic tibi ait,
morere. Aduertendum sanè his uerbis mitti, & remitti, duo
munerum genera expressisse, Xenia, & Apophoreta. Nam
Romani in Saturnalibus (ut Suet. per crebrò meminit) xe-
nias, & apophoretis utebatur. Xenia enim munera quæcūq;
priora mittebatur, sunt dicta: Apophoreta uerò, quæ in re-
cōpensationē remittebatur. Vnde duo nouissimi Martialis
li. Xenia prior, Apophoreta posterior inscribuntur: in quos
nostri propediē edētur cōmētarij. MVNERA. (ut ita dicā)
dona. Paulus in ff. Inter donū & munus hoc interest, quod
inter

Xenia,
apopho-
reta.

inter genus, & speciem. Nam genus esse donum Labeo ait,
uel à dando, uel à donando dictum: munus speciem: nam mu-
nus est donum cum causa, ut puta natalium, nuptiarum. Hoc Munus,
loco pro xenias, & apophoretis magis accipitur. GRA-
TIS. quia aduerbium est, extremam breuiant, sicut satis.

DE VIRGINITATE,
& nuptijs.

Virginitas cœlū, Veneris torus implet auernū:
Hæc superis similes nos facit, illa feris.

VIRGI. Virginitatis puritas, docet Michaël, cœli re-
gnum implet, sed lectus impudicus, qualis ad Venerem amo-
rum deam spectat, implet inferos. Prætereà uirginitas nos fa-
cit angelis similes, & Venus similes bestijs reddat. Sanè uir-
ginitas (ut omittā Christum ex uirgine natū) secundum illud
Esa. viij. apud Matth. cap. i. Ecce Virgo in utero habebit,
& pariet filium, tamen & in Ioan. diuinum merita est ho-
norem. Hieronym. in prologo, quem in eius Christi salua-
toris discipuli Euāgelium reliquit scriptum, Hic est, inquit,
Ioannes Euangelista, unus ex discipulis domini, qui uirgo à
Deo electus est, quem de nuptijs uolentem nubere uocauit
Deus. Cui uirginitatis in hoc duplex testimonium datur in
Euangelio, quòd præ cæteris dilectus à Deo dicitur, & huic
matrem suam pendens in cruce commendauit Dominus, ut
uirginem uirgo seruet. Neque tamen nuptiale matrimo-
nium carpit Michaël, ut quidam pseudoapostoli faciebant,
ad quos scripsit Paul. sed eos incusat, qui non tā generatio-
nis dilectione, quam Venerei coitus concupiscentia copula-
ti uidentur. Vnde Apostol. ad Corint. Bonum est homini mu-
lierem non contingere, tamen propter fornicationem unus-
quisq; uxorem suam habeat, & unaquæq; suum uirū habeat.
Idem

Virgini-
tatis enco-
mium.

Bonū est
homini
mulierem
non con-
tingere.

Idem aliquantò inferius : Ne uos tentet satanas propter im-
 temperantiam uestram. Inde Thobias capi. viij. Tu fecisti
 Adam de limo terræ, dedistiq; adiutorium Euam, & nūc do-
 mine tu scis, quia non luxuriæ causa accipio sororem meam
 coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedica-
 tur nomen tuum in secula seculorū. Et Sarra ibidem. c. iij. Tu
 scis domine, quia nunquàm concupiui uirū, & mundam ser-
 uauit animā meam ab omni cōcupiscentia, nunquàm cum lu-
 dentibus miscui me, neq; cum his qui in leuitate ambulāt par-
 ticipem præbui, uirū autē cum timore tuo, non cum libidine
 mea consensi suscipere. VIRGINITAS. uirgo est denomi-
 natiuū. Sanè Virgo ex idiomate Latino semper est fœmi-
 nus generis. Christianæ religionis scriptores eo tanquā epicœno u-
 tuntur, maribus etiā attribuētes, quod figuratè dici Latinita-
 tis ratio nō reformidat, sicut Varro, authore Quin. li. i. lu-
 Auernus. pū fœmineam dixit. AVER. id est, inferos. Auernus in Cam-
 pania locus (ut Mar. tradit) idcirco appellatus est, quod o-
 dor eius auius sit infestissimus. Lucre. li. v. Principio quod
 auerna uocantur, nomen id ab re impositū, quod sunt aui-
 bus contraria cūctis. Vsurpatur pro inferis : quia iuxta hūc
 locum, secūdum Verg. lib. vi. Aene. aditus ad inferos est.
 DE SERVO STULTO, ET VXORE LITIGIOSA.
 Quàm miserum est, stultus si tractet seruus
 habenas:

Imperet aut uxor ambitiosa uiro.

QVAM. Exclamat poëta. Quàm miserādum, inquit, si
 uel imprudens seruus administrationem domus regat : aut
 si uxor dominij, atq; honoris cupida marito imperet. Hoc in
 illos dictū est, qui se à seruis patiuntur regi, aut ab uxoribus
 Non de- ita sunt ignaui, & secordes. Quod & regibus, & magnis
 pler

plerunq; principibus accidit. Salo. Prouer. cap. xix. Non
 decent stultum diuitiæ, nec seruum dominari principibus. Nō decet
 Martia. lib. viij. Inferior matrona suo sit Prisce marito: Nō seruū do-
 aliter fiunt fœmina, uirq; pares. STVL. id est, imprudens. minari.
 Stultus, Valli libr. iij. scribit, appellatur, qui impruac̄s est, Sultus.
 & improuidus. Fatuus planè insipiens est. Tractum à sapo = Fatuus.
 re ciborum. Nam cum illi non sapiunt, fatui dicuntur. Stoli Stolidus.
 dus est, qui proximè accedit ad naturā, sensumq; pecudum.
 HABE. id est, gubernacula. Mataphora ab equitibus. Et
 funes sunt, aut lora retorta, secundum Home. ut Seruius lib.
 vi. Aeneid. tradit. & ab habendo, quod his equi habeantur,
 dicta. IMPE. mirè dixit Iuue. saty. vi. Submitte caput cer-
 uice parata Ferre iugū: nullam inuenies quæ parcat amanti.
 AMBI. id est, auida eius honoris, qui est imperare marito. Ambitio.
 Ambitio, inquit Valli lib. iij. in animo est: Ambitus in actu. Ambitus.
 Nam qui præter modum cupit honorem, aut laudem, ambi-
 tione peccat: qui uerò pecunia ad honores tendit illegitimè,
 ambitum committit: quam in rebus sacris Simoniam, à Simo-
 ne mago, uocant.

QUALITER GRATIAE PINGVNTVR.

Pinguntur geminæ charites spectare sororem:
 Dona monent reddas ut duplicata mihi.

PING. Gratia, quas Græci Charites uocāt, idcirco,
 inquit uates, pinguntur duæ respicere aliam sororē, quæ ter-
 tia est, ut beneficia, quæ in te cōtuli, duplicata mihi restituas,
 non autem paria: quod ingratitude habetur. Ser. Maurus
 in lib. i. Aene. tam infra scripti, quàm huius materiam disti-
 chi huiuscemodi uerbis reponit: Acidalia, inquit, Venus im-
 iicit curas, & cura. Vel ab Acidalio fonte, qui est
 in Orcomeno Bœrtiæ urbe, quo se Gratia lauāt, quæ Vene-

ri sacrae sunt, ipsius enim & Liberi filiae sunt, & iure: nam
 Cur gra- Gratia ferè per horum numinum munera cõciliantur. Sunt
 tia fingã autem nuda, quia Gratia sine fucò esse debent: idcò conne-
 tur nu- xæ, quia insolubiles esse oportet. Hor. Segnesq; nodum re-
 dæ, cur soluere gratia. Quod uerò una auersa pingitur, duæ autem
 cõnexæ, nos respicientes, est: quia profecta à nobis gratia, duplex so-
 let reuerti. Vnde illud: Nec te certa sse priorè Pœniteat. Pro-
 fectò Gratia Charites Græcè nuncupantur, quoniam χάρις
 Latine est gratia. Gratias Hesiodus in Theogonia, Aglaia,
 Euphrosynen, & Thalam nominat: easq; Iouis ex Eury-
 nomes filias esse testatur. Orpheus item in hymnis Agalaia,
 Thalam, Euphrosynenq; easdem uocat. Præterea Agalaia
 Latine est splendor. Thalia germinans, siue florens. Euphro-
 sine gaudens. G E M I. id est, duæ eodè partu editæ. S O R O.
 id est, germanam. Marc. Antistius Labeo civilis iuris scri-
 ptor: Soror, inquit, appellata est quòd quasi seorsum nasci-
 tur, separaturq; ab ea domo, in qua nata est.

A L I V D.

Pinguntur nuda charites, ne fœnore dones:

Usuram pietas religioq; uetat.

P I N G. N V D A E. Assuecrat poëta, idcirco Gratia pin-
 guntur nuda, ne aliquid spe usurae porrigas, quam & huma-
 na pietas, et diuina religio prohibet. Chryso. illud Matt.

Eiecit Ie-
 sus uendē-
 tes & e-
 mentes de
 templo.
 x x i. Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiciebat omnes
 uendentes, & ementes in templo, & mensas numulario-
 rum, & cathedras uēdentium columbas cuerit, exponens,
 iam multa de usura locutus ita subscribit: Ille uerò qui reci-
 pit usuras, mortaliter peccat. C H A R. Lactan. Insti. libro i.
 fecius quàm diximus, Thalam Pasitheam appellat. Itaq; ut
 Cice. lib. i. de fi. bo. & mal. inquit: Quot homines, tot sen-
 tent

tentia. Pasitheæ uerò à παῖσα, id est, omnis, & θεῖα, id est, dea,
 quasi omnis, siue tota dea dicitur. V S V R A M. id est, pecu-
 niæ, siue alterius rei fœnus. Var. lib. ij. impenaium appellat
 usuram. Compendiū dictum, inquit, quòd cum compendi-
 tur una sit, à quo usura, quod in sorte accedebat, impenaium
 appellatum, quæ cum accederet ad sortē usu, usura dicta: ut
 fors, quòd suū sit sorte. Per trutinā solui solitū, uestigiū etiā
 nunc manet in æde Saturni: quòd ea iam nūc et propter pen-
 suram trutinā habet positam. R E L L I G I O. Christianam
 intellige per antonomasiam. Sanè religio metrica necessitate
 accepit alterum l, & est barbarismus per additionē literæ,
 auctore Donato. N V D A E. id est, sine fucò, & fœnoris te-
 gumēto. Nam apud maiores (ut tradit Apollonius) in atrio
 pietæ in tabulis exempli gratia habebantur.

A D A M I C V M.

Accipe parua mei lætus munuscula census:

Nec quæ sint, sed qua suscipe mente data.

A C C I P E. Rogat Verinus amicum, cui parua xenia, id
 est, munera mittit, ut ea hilari animo accipiat, neq; tam mu-
 nusculorū qualitatem, aut quantitatem suscipiat, quàm uolū-
 tatem, qua data sunt, contempletur. Cic. lib. de Offi. Accepto
 rum autem beneficiorum sunt delectus habēdi. Nec dubium
 quin maximo cuiq; plurimum debeat. In quo tamen in pri-
 mis quo quisque animo, studio, beneuolentia fecerit, ponde-
 randū est. Et illud Apostoli ad Cor. quod in præfatione cõsi-
 larius nostris dedicata retulimus. M V N V S C V L A. diminu-
 tiuæ formæ habetur. Verg. in Buc. At tibi prima puer nullo
 munuscula cultu. Hier. ad Paulinū presby. Frater Ambro-
 sius tua mihi munuscula perferēs detulit simul et suauissimas
 literas. P A R V A. erat enim plenus sermo munuscula, sine

Census epitheto parua. Sic Teren. in And. Et pisciculos minutos ferre dixit. **CENSUS**. id est, uectigalis. Est cēsus proprie annuus ex agricultura, et id generis bonis reditus. Ouid. lib. 1. Fast. In pretio pretium tunc est, dat census honores, Census amicitias, pauper ubiq; iacet. **MENTE**. id est animo. Lucr. lib. 111j. Primum animum dico, mentem quem saepe uocamus.

MINOR EST LABOR,
quàm prēmium cœli.

Quē potes æterno pro munere ferre labore?
Mercedi an tantæ par labor esse potest?

LABOR hominū non est inanis in Domino. **QVEM**. Qualē laborē (rogat Michaël) pro sempiterno prēmio potes assumere? Nunquid tantæ retributioni potest esse æqualis ullus labor? quasi dicat, minimē. Vnde Apосто. ad Cor. Ita q; fratres mei stabiles estote, & immobiles, abundantes in opere Domini semper: scientes quod labor uester nō est inanis in Domino. Et Matth. c. v. Gaudete, & exultate: quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. **MERCE**, id est, laboris prēmio. Varro lib. 1. Merces (inquit) dicitur à merendo, & ære. Quæ etymologia digna me hercule Varro probatur. **PAR**. id est, æqualis, & adiectiuū est. Mar. libro tertio: Par scelus admisit. Est interdum substantiuum, & neutri generis. Horat. libro Ser. Ludere par impar.

PROPTER PARVAM
fidem pauci saluantur.

Saluantur pauci, multiq; uocantur ad astra:
An quia sit paucis cognita uera fides?

SALVAN. Minor mortalium pars, testatur Michaël, saluatur: & si maior pars ad ætheream paradisum uocatur, nūquid causa est, rogat, quia uera, & integra fides sit quàm pauc

paucissimis cognita? Matth. xx. Multi enim sunt uocati, pauci uerò electi. Eiusdē, cap. 111j. Christus Petro à fide desciscēti, Domine saluū me fac clamanti, ita respondet: Modicæ fidei quare dubitasti? Florus item de Caio Cæsare his uerbis tradit: Adeò impatiēs erat, ut ad accersendos eos ardente uentis mari, nocte concubia, speculatorio nauigio solus ire tentauerit. Extat ad trepidum tanto discrimine gubernatorē uox ipsius, Quid times? Cæsarem uehis. Quæ confidentia, quanuis in uiro ethnico, tamen ad fidem, fiduciamq; spectat. **SAL**. id est, à peccati morte liberantur. Inde trahitur saluator, qui Græcè σωτήρ dicitur. **AD AST**. id est, ad æthereā paradisum: continens pro contento. Multi uocati, pauci electi. Saluator Græcè σωτήρ.

DE CHARITATE.

Est charitas perfectus amor perfecta que uirtus:

Qua sine perfectum nil reperire potes.

EST CHARITAS. est (indicat per definitionē Michaël) perfectus, constās q; amor, et perfecta, cōsummata q; uirtus, sine qua nihil poteris reperire perfectum, & illabefactum. Aposto. ad Cor. Manent autem fides, spes, charitas, rū propria hæc, maior autem horum est charitas. Idem aliquantō superius: Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æraumentum resonans, aut cymbalum tinnies. Et si habeam prophetiā, & sciero omnia mysteria, & omnē scientiā, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. **QVA SINE**. merita licentia postposuit præpositionē, ut supra: Spe sine uel leue sit. **REPERE**. id est, casu. Nam inuenimus quærentes, reperimus casu. Ouidius libr. 1. Metamor. Tu non inuenta, reperta es.

QVI HABET MAIOREM CHARITATEM, HABEBIT MAIOREM GLORIAM.

Cui maior charitas, debetur gloria maior:

Quantus amor fuerit, præmia tanta feret.

CVI. Conclusionē ex superiore disticho infert. Cui maior est dilectio (testatur Michaël) maior quoq; gloria in cœlo debetur: quantus enim fuerit, quantaq; erga Deū dilectio, tantam quoq; mercedē reportabit. Apostolus ad Cor. Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. CVI. monosyllabum est: reperitur et dissyllabum, nosylla = Teren. apud Prisc. lib. xiiij. Verum ut cuiq; est proximitas lo- bō est, re ci sorori. Est enim carmen Sotadicum, ex duobus Ionicis à peritur et minore, non à maiore (ut corrupte in Prisc. legitur) con- dissylla = stans, & tribus deinde trochæis.

QVI VULT ESSE AL- tus, sit humilis.

Esto humilis, quisquis fieri cupis incola cœli:

Fastus tartareis excruciatu aquis.

ESTO. Quicumq; exoptas effici habitator cœli, hortatur Michaël, sis humilis, & submissus: nam superbia, & arrogātia in inferis torquetur, atq; punitur fluminum aquis. Matth. xviiij. Quis putas maior est in regno cœlorū? & ad- uocans Iesus paruulum statuit eum in medio eorū, & dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorū. Et illud Cicero- nis honesta Latinitate à Valla libr. i. accersitum: Quanto es mator, tanto te geras summissus. Tobias item cap. iij. Su- perbiā nunquā in tuo sensu, aut in tuo uerbo dominari per- mittas: in ipsa enim initiū sumpsit omnis perditio. INCO-

Qui in- trabūt in regnū cœ- lorum.

LA.


LA. id est, inhabitator. Valla lib. iij. Incola ita differt ab ac- Accola: cola, quòd incola qui in loco: accola qui ad locum habitat: Incola. ut incola Romæ, accola Padi. FASTVS. id est, arrogantia. Ouid. libr. primo Fast. Fastus inest pulchris, sequiturq; su- perbia formam. Nam fasti, fastorum, numero plurali uo se- Fasti fa- cundæ, siue Fastus, fastuum, quartæ inflexionis pro libro, storum. quo dierum computatio, siue annales continentur, ponitur: Fastus, Vnde libri Fastorum Ouidij inscribuntur. TARTA. id est, fastuum. infernis. propter Lethæum amnem, Stygiamq; paludē. EX- CRVC. id est, torquentur: à cruce tractum, cui noxij affi- gebantur, Catul. Sed fieri sentio, & excrucior.

TARDI, ET CONSIDERA- ti ad loquendum.

Qui citò præcipitat uelox sine pōdere uerbū, Errat: & emissum non reuocare potest.

QVI. Qui ocyster sermonē sine consilio elapsum pro- iicit (asseuerat poëta) & errare consuevit, & proiectū ser- monem ad sese recolligere non ualet. Iacobus in sua episto. Velox ad cap. i. Sit autem omnis homo uelox ad audiendū, tardus au- audiendū tem ad loquendum. Sal. Prouer. c. xvij. Stultus si tacuerit, sa Tardus piens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens. ad loquē Hor. in arte poëtica: Nescit uox missa reuertī. Vnde Hesio- dum. dus apud Gell. lib. i. Optimus est homini linguæ thesaurus, & ingens Gratia, quæ parcis mensurat singula uerbis. Et Homerus (ut idem refert) unū ex omnibus Græcis Thersti- Nescit ten, ἀνεργον ἢ ἀργον ἔμμεν, id est, loquentē sine iudicio appel uox emis- labat. VERB. id est, sermonē. Terent. in Eunū. Utinā istuc sa reuer- uerbū ex animo, ac uerē dicerēs, Potius quā te inimicum ti. habeam. Interdum unam dictionem significat. Idem in And. Verbum si mihi unum, præterquam quòd rogo, faxis, caue.

8 4



QVOD DICES, QVOD FACIES alijs, tibi fiet, & dicitur.

Quæ dices alijs, tibi iam responsa remitti
Expectes: capies qualia dona dabis.

QVAE. Expectare debebis (ait Verinus) qualia dicta alijs locutus fueris, talia tibi omnino responsum iri: & cuiusmodi munera miseris, simillima ab alijs remissum iri. Salu. in Cice. Respondendo tibi: ut si quam maledicendo uoluptatem cepisti, eam malè audiendo amittas. Salomon Proue. Qui semi cap. xij. Qui seminat iniquitatem, metet mala: & uirga iræ nat iniqui suæ cõsummabitur: qui pronus est ad misericordiam, benedictatè, mendicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. DONA. hoc tet mala. est, bona bonis, mala malis: quasi dicat, præmia bonis, ultiones malis. Dona etenim pro ultionibus sumuntur. Marcel. Dona consuetudine hæc habentur, quæ aut propitiãdis dijs dantur, aut hominibus pro benefactis redduntur: sed auctoritate pro ultione positum manifestum est. Verg. in Bucol. Aut ut mutatos Terei narrauerit artus, Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit. DABIS. id est, præmiseris: tẽpus pro tempore: & pro xenijs licet accipere munera.

SENTENTIA CARENS PIETATE, iniusta est.

Quæ pietate caret sententia, seu putatur:
Est pietas cunctis anteferenda sacris.

Deos placatos pie crudeliter est, asseuerat Michaël, quoniam pietas ad placandũ tas effici- Deum omnibus anteponẽda est sacrificijs. Salomon Prou. et et sanctitas. cap. xv. Abominabiles regi, qui agunt impiè, quoniam iustitia firmatur soliũ. Cic. lib. ij. Deos placatos pietas efficiet,

et

et sanctitas. Vlp. li. xlviii. ff. Sanctius esse impunitũ relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari. Papinianus eodem lib. de interpretatione legum: Poenæ molliendæ sunt potius, quàm exasperandæ. SENTENTIA id est, iudiciũ. Sententia (scribit Marcel.) est sensibilitas. Luci. Vertitur æno foris fundus, sententia nobis.

MELIUS CONSILIUM,
quàm uires.

Consilio utilius, quàm uiribus arma geruntur,
Militis est robur, consiliumq; ducis.

CONSIL. Bella cõmodius quidẽ cõsilio exercẽtur, quàm uiribus, ait uates. sed quia alterũ alterius auxilio eget, subiicit itaq; uirium fortitudo ad militem spectat, Imperatoris uerò præstare consilio interest. Sal. Prouer. c. xxiiij. Vir sapiens fortis est, & uir doctus robustus, & ualidus, quia cũ ai ens fortis spositione initur bellũ, & erit salus, ubi multa consilia sunt. est, et uir Liuius libro i. de bel. Pu. secũ. hæc de Annibale: Plurimum doctus ro audaciæ ad pericula capeffenda: plurimum cõsilij inter ipsa bustus et pericula erat. Et, quod infra scribit, Princeps prælium inibat, ultimus conserto prælio excedebat. Cicero li. i. de Offi. Parua enim sunt fortis arma, nisi est consilium domi.

MULTI PECCANT, ET
paucos errati pœnitent.

Quæ sine labe caro? quæ nõ obnoxia culpæ est?
Quem non inuenies criminis esse reum?

QVAE. Quæ humanitas sine peccati macula, & non rea culpæ existit, rogat Michael, & quem non sceleris accusandum inuenies? q. d. neminem. Et de cõmuni hominum alea intelligit, non de Christi humanitate, quæ de Spiritu sancto

est: neq; de uirgine Maria, quam si quis absq; peccato, & extra omnem originalem reatum conceptam, natamq; non fateatur, totius planè Christianæ ueritatis sacrilegus hostis habeatur necesse est. Salomon Prouerb. xx. Quis potest dicere, mundum est cor meum? purus sum à peccato? Iob xiiij.

Quis potest facere mundū de immundo conceptum semine? Nemo di Hora. lib. i. Ser. Quam temere in nosmet leges sancimus imitare po= quas. Nam uitij nemo sine nascitur: optimus ille est, Qui mi= test mun= nimis urgetur. Ecclesiast. xvij. Quid lucidius sole: & hic dū est cor deficit: aut quid nequius, quam quod excogitauit caro, & meum, pu sanguis? & hoc arguitur. CARO. id est humanitas. Carnis rus sum à apud seculū prius, fuit rectus. Liii. li. xxv. ab urbe condita: peccato. Laurentibus carnis, quæ dari debet, data non fuerat. OB= NOX. id est, obligata. Sallu. in Cati. Dum illos obnoxios, si dosq; sibi faceret. REVM, id est, obligatum. Marcel. Reos non solū crimini, & culpæ obnoxios, sed etiam honesti, uel uoti debitores promissi autoritas uoluit. Vergi. lib. v. Constituam ante aras uoti reus. Et genitiui habet regimen.

DEVS NON POTEST PECCARE,
alij omnes.

Non peccare Dei est: nemo sine crimine uiuit:

Errati paucos pœnituisse uides.

NON. Peccare non posse ad unicum Deum spectat, testatur Michaël, nemo tamen ex cætero humanitatis numero sine delicto ætatem agit: & quod miserandum est, perpaucos tamen sceleris sui pœnituisse cernis. Prior huius distichi pars de Christo unico Deo dictum intelligamus. Petrus episto. i. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Matth. xxvii. ubi Pilati uerba sunt: Innocens ego sum à sanguine iusti. Marci xv. Iudæis Crucifige eum clamantibus, idem Pilatus respondet: Quid enim mali fecit?

Luc. xxiij. ait autem Pilatus ad Principes sacerdotū, & turbas: Nihil inuenio causæ in homine. Ioan. xi. ubi, idem Pilatus ita iudicat: Accipite eum uos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Et in li. iij. Regum. Quod si Nō est ho peccauerit tibi, non est enim homo, qui non peccet. Rectè igitur mo q non tur Michaël. ERRATI, id est, peccati. et est participiū sine peccet. uerbo: nō enim inuenitur error, aris, ait Seruius. Verg. lib. iij. Aenei. Talia mōstrabat relegens errata retrorsum Littora Achæ menides. PŒNITUISSE. nō pro pœnitere, sed propriè dixit. q. d. Ex omnibus quos sacra scriptura refert, paucos uidemus pœnitentiæ meritis saluos.

DE FALSA SPE PŒNITENTIÆ.

Pertenuis spes est, inter peccata salutem,
Et sperare nouis criminibus ueniam.

PERTE. Minima saluationis spes est (ait Michaël) inter peccata sperare gloriam, & magnis, neque unquam aliis auditis sceleribus, remissionem sperare. Ecclesi. xxi. Via peccantium complanata lapidibus, & in finem illorum inferni, & tenebræ, & pœnæ. Vnde Ierem. cap. iij. sic hortatur: Si reuertéris ad me Ierusalem, ait Dominus, ad me conuertere, si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. Idem Paulò inferius: Laua à malitia cor tuum Ierusalem, ut salua fias. Daniel. cap. i. x. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalem, & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitū nostrum. Ergo rectè Michaël. Nam inter peccata nullus locus est ueniæ, sed punitioni. PERTE. id est, ualde tenuis, et exigua. Aduertèdū p in cōpositione gradui positiuo marita

maritari, & quàm superlatiuo. Valla li. i. Idem nãq; ponderis habet per & quàm, sed alterũ positiui propriũ est, alterũ superlatiuo: ut perpulchrè, perbellè, per diligèter, quàm pulcherrimè quàm optimè, quàm diligètiſsimè. INTER PEC-
 Peccatũ stimulus mortis. id est, inter mortes. Peccatum enim, authore Apostolo, stimulus mortis est. & acutè peccatum opposuit saluti.

QVI PRAESENTIA DESIDERAT, futura negligit.

Cui spes praesentis uitæ est praefixa, futuram
 Negligit: hic nunquam mente quietus erit.

CVI. Ille, cui praesentis uitæ spes in animo ante omnia collocata est, inquit Michael, contemnit proculdubio futurã alterius uitæ spem, atq; idẽ ob eam causam nunquam animo quietus erit. Sapien. v. Talia dixerunt in inferno hi, qui peccatorum tanquã cauerrunt: quoniam spes impij tanquam lanugo est, quæ a uento tollitur, & tanquã spiritus gracilis, qui à procella dispergitur, & tanquam fumus, qui à uento diffusus est, & tanquam memoria hospitis unius diei praetereuntis. De his Isa. xxij. Et ecce gaudiũ, & letitia occidere uitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere uinũ. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Iuue. sat. xij. Poena autẽ uehemẽs, ac multo seuior illis, Quas & Cedicius grauis inuenit, & Rhadamãthus, Nocte, dieq; suum gestare in pectore testẽ.
 Spes, id est, fiducia. Spes, boni impeditis opinio, sicut metus, mali sollicitudo est. Verg. li. i. Aneid. Spẽq; metũq; inter.

DE IRACUNDO SEMPER
 excedente iustitiam.

Qui temere, et p̄ceps rabidas exardet in iras,
 Excedit semper limina iustitiæ.

QVI

QVI. Qui imprudẽter atq; procliuis in furentes iras defla Cum ira grat, semper rumpit æquitatis terminos, transilitq; ait uates. nil rectè, Cic. lib. i. de Offi. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil nil cõsistè fieri, nihil consideratè potest. Idem lib. iij. Tus. quæst. deratè fie de Archita Tarentino illud memoratu dignissimum tradit: ri potest. Ex quo illud laudatur Architæ, qui cum uillico factus esset Architæ iratior, quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem? respon-
 QVI, infinitè hoc loco ponitur, quia ira unicuiq; potest accidere. E X C E D. id est, trãsilit, & accusandi casui marita uit. Luc. li. i. Phar. Patrios excedere muros. Iũgitur & auferendi casui. Teren. in And. Nã is postquam excessit ex ephēbis.

QVAE VIRGINITATI OBSTENT.

Qui uult uirgineum cœlebs seruare pudorẽ,
 Otia deuitet, fœmineosq; choros.

QVI. Quicumq; uult castus uirginitatis retinere uerecũdiam (inquit Michael) desidiam & molles fœminarum saltationes arceat, ac fugiat. Ouid. lib. i. de reme. amo. Otia si tollas, periere Cupidinis arcus: Contẽptæq; iacent, & sine luce faces. Idem aliquantò inferius: Queritur Aegysthus quare sit factus adulter. In promptu causa est, desidiosus erat. Ecclesi. cap. vij. Et inueni amariorẽ mortẽ mulierẽ, quæ laqueus uenatorum est, & sagena cor eius. Vincula sunt manus illius. Qui placet Deo, effugiet illã: qui autem peccator est, capietur ab illa. C O E L E B S, id est, castus. Festus: Cœlibem dictum existimant, quod dignam cœlo uitã agat. C H O. id est, saltationes. Verg. lib. v i. Illa choros simulans.

DE EADEM RE.

Sæpe marem in furis aspectu fœmina solo
 Vrget, & inflammat pectora notus odor.

S A E

S A E P E. Percrebrò fœmina solo conspectu suo in amoris ardorem marem detrudit, & eiusdem odor mari deprehensus, & cognitus ipsius pectora inflamat, iritatq; Catul. in epigram. Nam simul te Lesbia aspexi, nihil est superius scan tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Bonum tibi scandalizat est unum oculum habentem in uitam intrare, quàm duos oculos, erue los habentem mitti in gehennam ignis. Quod autē dixit Non eum, & tus odor, de irrationalibus animalibus accipiendum est. Ver proijce gi. li. iij. Geor. Nonne uides, ut tota tremor pertentet equorū abs te. Corpora, si tantum notas odor attulit auras? IN F V R I. id est, furiosos amores. Verg. lib. iij. Geor. Omne adeo genus in Amore terris hominumq; ferarumq;. Et genus æquoreū, pecudes, pinnibus etq; uolucres In furis, igneq; ruunt: amor omnibus idem. idem. NOTVS, id est, naturali sagacitate inuentus.

VITANDAE OPPORTUNITATES nequitiae.

Quis non uretur, si se deiecit in ignem?

Viueret quis credat dira uenena bibens?

Q V I S, An est qui non cremetur (rogat Verinus) si semetipsum in ignem conijcit? An est qui se uicturum speret, mortifera uenena bibendo? q. d. Certè nemo in tanta moriendi occasione sperabit uitam. Ergo neq; in opportunitate peccandi. Ecclesi. cap. x i. Qui fodit foueam, incidit in eam, & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Qui transferit lapides, afflugetur in eis: & qui scindit ligna, uulnerabitur ab eis. Teren. in Heauton. Sed uereor mulier me absente hic corrupta sit: concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant, occasio, locus, etis, mater, sub imperio cuius est, mala, cui nihil præter pretium iam dulce est. D I R A, id est, mortifera. Marc. Dirum est triste, infestū, & quasi deorum

Dirum
quid.

rum ira immissum. Verg. lib. iij. Aeneid. Ultricesq; sedent in limine dirae. Inde est diritas apud M. Tul. lib. de Senect.

MELIUS EST TIMERE

bene, quàm malè fidere.

Vtilius timuisse bene, quàm fidere male:

Nā cauto, & timido nulla procella nocet.

V T I. Commodius est prudenter timuisse (ait poëta) quàm nimis imprudenter confidere, quoniam cauenti, ac formidanti nullum periculum officit. Sal. Prou. cap. xvi. Sapiēs timens timet, & declinat à malo: stultus transilit, & confidit. met, & Cice. lib. i. de Offi. ex uersibus Ennij Quintum Fabium ita declinat à commendat: Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Nō malo. ponebat enim rumores ante salutē. Ergo postq; magisq; uiri nūc gloria claret. C A V. id est, cauēti. nā & si tēporis præteriti est participium, actiue significat, ut multa alia, quae Val la lib. i. recenset. Marti. libro vi. Cauta sit ut uirtus, ne te temerarius ardor In medios enses, seuaq; tela ferat. T I M I D O. id est, timentis: etiam actiue hoc nomen significat Ser. in Buc. Timidus semper timet: Timens uerò ad tempus. P R O C E L I D. id est, periculum. metaphora à maris fluctibus uento agitata. Verg. lib. i. Aeneid. Talia iactanti stridens aquilone procella uelum aduersa frigit.

DE VITANDIS FOEMINIS.

O' quibus illecebris capitur cui fœmina iuncta est,

Fœmina tentandi pabula quanta dedit.

O' Q V I. Exclamat poëta: O' quibus blanditijs ad peccandum ille trahitur, cui fœmina turpibus amoribus copulata est: et o quātas tentādi uirū ad peccādū causas, et oppor

tunita

tunitates foemina parauit? quasi dicat, maximas. Sal. o Proui.
c. 1 x. Mulier stulta, & clamosa, plenaq; illecebris, & ni-
hil omnino sciens, sedet in foribus domus suae super fellam
in excelso urbis loco, ut uocaret transeuntes per uiam, &
pergentes in itinere suo: Quis est paruulus, qui declinet à
Aqua fur me? & uecordi locuta est: Aqua furtiuae dulciores sunt, &
tiuae dul- panis absconditus suauior. Et ignorauit quod ibi sint gi-
ciores: et gantes, & in profundis inferni conuiuiae eius. Qui enim
panis ab- applicabitur illi, descendet ad inferos. nam qui abscesserit
sconditus ab ea, aluabitur. Hieronymus in Aureola: Nocuum genus
suauior. foeminae, ianua diaboli, uia iniquitatis, scorpionis percussio.
Foemina O, exclamantis interiectio est. Verg. lib. 1. ad hunc modum
ianua dia scribit: O fortunati, quorum iam moenia surgunt, Aeneas
boli, uia ait. & alibi: O fortunatos nimium sua si bona norint Agri-
iniquita = colas. Hic accusatiuus est, ibi uel nominatiuus, uel uocatiuus
tis, scor = esse potest. His enim tribus casibus authores indifferenter
pionis p = utuntur. ILL E. id est, blanditijs, & delinimentis. Nam
cussio. Marcel. ita profitetur, Illicere est proprie illaqueare. No-
nius in Lycurgo: Alis sublimis alios saltus illicite, ubi biped-
des uolucres, lino linquant lumina. P A B V. id est, causas.
Proprie pabulum est pecudum, pecorumq; cibus herbaceus,
ut foeniceus, paleaceus.

FOEMINAE OCCURSUS

est sagitta daemnis.

Formosae occursum mulieris daemnis arma:

Parthorum tanquam dira sagitta ferit.

FORMOSAE. Occursus pulchrae foeminae sunt (inquit
Michael) diaboli arma, quibus uidelicet marium animos
necat, quia tanquam sagitta à Parthis sagittandi peritis li-
brata uulnerat. Salomon Prouerbior. cap. VII. de iuvene,
qui

qui nocturno crepusculo meretricem blandientem sequitur,
statim enim sequitur: Quasi bos ductus ad uictimam, & quasi
agnus lasciuiens, & ignorans, & nescit quod ad uincula
stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius, uelut si
auis festinet ad laqueum, & nescit quod de periculo animae
illius agitur. D A E M O. id est, diaboli. August. lib. 1 x. de ci-
uitate Dei: Daemones dicuntur, quoniam Graecum uocabu-
lum est, ob scientiam nominati. Daemones ergo, id est, scientes. Dæmo-
nes.
Eos nostrae religionis homines appellant spiritus in caelo à
Deo creatos, qui de caelo ob superbiae peccatum deieci, par-
tim in terrae infimo, partim in hoc aere danati sunt. P A R-
T H O R V M. Ex solo nomine Emphasim fecit. q. d. qui sunt
sagittandi scientissimi. Sunt autem Assyriae populi. Iustinus
lib. x LI. Parthi, penes quos uelut diuisione orbis cum Ro- Parthi
manis facta, nunc Oriētis Imperium est, Scytharum exules Scytharum
fuerunt. Hoc etiā ipsorum uocabulo manifestatur. nam Scy- exules.
thico sermone Parthi exules dicuntur. Sciendum item Par-
thos, ut Scruius tradit, tunc melius ferire hostem, quoties fu-
gientes sagittas post terga iaculantur. Verg. lib. iij. Georg.
Fidentemq; fuga Parthum, uersisq; sagittis. Luca. libro 1.
Phar. Ocyor & missa Parthi post terga sagitta.

VITANDA PROXIMI-

tas foeminae.

Saepe pudicitiam mulier formosa propinqua

Eripuit castis, multaq; damna dedit.

S A E P E. Percrebro mulier formosa uiris castis uicina ca-
stitatem abstulit, assueerat poeta, multaq; alia incommoda
eisde attulit, ut puta uulnera, caedes, patrimonij calamitatē,
literarum obliuionē. Vnde Ecclesiastes cap. septimo: Et in-
ueni amariorē morte mulierem, quae laqueus uenatorum est,

Amarior
morte mu-
lier.

et sagena cor eius. Teren. in And. Interea mulier quaedam abhinc triennium ex Andro commigravit huic vicinia. Docet enim ibi Simo, vicinitatem meretricis Pamphilo nocuisse. DAM. id est, mala. Teren. in And. Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum? ubi Donatus ita discernit: Damnum rei est, malum ipsius hominis.

FOEMINA DOMAT DV-
ces victores.

Fœmina magnanimos domuit per sæpe leones:
Prædaq; victores sæpe fuere duces.

FOEMINA. Mulier creberrimè suis illecebris fortissimos quosque duces subegit, asseuerat uates, Imperatoresq; ipsi, quauis hostium victores, sæpe fuere mulierculis quibusdam præda, et spoliū. Salo. Prouer. cap. vii. de muliere impudica: Multos enim uulneratos deiecit, et fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Viæ inferi domus eius, penetrantes interiora mortis. Gellius autem lib. vi. Alexandri, et Afridri et Africani continentiam his uerbis commendat: Appion Græcus fricani cō homo, qui Polyhistor, id est, multiscius est appellatus, facientia. li, atq; alacri faciūdia fuit. Is quum de Alexandri regis laudibus scriberet: Victi, inquit, hostis uxore facie incluta mulierem uetuit in conspectū suum deduci, ut eam ne oculis suis quidē cōtingeret. Lepida igitur quæstio agitari potest, utrum uideri continentiorē par sit, P. ne Africanū superiorem, qui Carthagine ampla ciuitate in Hispania expugnata, uirginem tempestiuā, forma egregia, nobilis uiri Hispani filiam captam, productāq; ad se patri inuiolatam reddidit: an regem Alexandrū, qui Darij regis uxore, eandemq; eius sororem, prælio magno captam, quam esse audiebat exuperanti forma, uidere noluit, per duciq; ad se prohibuit?

SAM

SAMSON ET HERCVLES
fœminis succubuerunt.

Quis Sāsone fuit, quis fortior Hercule? cōstat
Fœmineis ambos succubuisse toris.

Sāson Iu
deus, et
Hercules
Græcus
mulieris

QVIS SAM. Exemplo probat superioris distichi sententiam. Quis fuit (rogat poëta) Sāsone Iudæo, aut Hercule Græco magis fortis? et tamen compertum est utrunq; ducē muliebribus lectis, et cōcubitibus, semetipsum subiecisse. Iudicum cap. xvi. de Samson: Post hæc amauit mulierem, quæ habitauit in ualle Sorech, et uocabatur Dalila. Ibidem longa traditur historia, sicut Sāson Dalilæ blanditijs, quam spe præmiorum ipsi Philistinorū principes corruperant, reuelauit se in capillis totas uires habere: et sicut abrafo ab ea Samsoni capite, ipse à Philistinis cōprehensus est, oculiq; eidem eruti: et sicut adductus de carcere, ut coram ipsis Dagon Deo suo ob uictoriam sacrificantibus luderet, renatis capillis, atq; inuocato Domino, in ultionē hostium uiribus pristinis recuperatis: dextera, lauaq; ambas columnas domus, sub qua plurimi Philistinorū utriusq; sexus spectabant, apprehēdens ait: Moriatur anima mea cum Philistinis. Concussisq; fortiter columnis, omnes simul, qui aderāt, obruti sunt. Multoq; plures interfecit moriēs, quam antè uiuus occiderat: et fratres eius inter Saraa et Esthaol in sepulchro patris sui Manue eum sepelierunt: iudicauitq; Israël uiginti annis. HERCVLES uerò Alcmenæ ac Iouis filius, quoniam Iolen adamauit, à Deianira uxore deceptus est. Nam ex Eubœa profectus (ut Diodorus lib. v. tradit) in montē Oetā, atq; ibi sacrificaturus, uestē, qua in sacris uti cōsueuerat, ueneno sagitta, qua ipse antea Nessum Cētaurum necauerat, tinctā per Lycā domesticū, doliq; ignarum

bus succu
buerunt.
Reuela
uit Sam
son se in
capillis
totas ui
res habe
re.

Hercules
Iouis fi
lius.

h 2

accepit, quo malo excruciatu, in Oeta monte Philocleten secundum responsum Apollinis coactus est rogare, ut sibi pyram conscendenti ignem subijceret, atq; ad deos translatus est. De cuius fortitudine, & xij. laboribus mira dictu à Diodoro ipso, & ab alijs traduntur non omnia fabulosa.

TUTIORA SIBILA BASILI-

sci, quam cantus puellæ.

Tutius in syluis basiliscum audire fremētem,
Quam molles cantus, fœmineumq; melos.

Basili- **TUTIVS.** Magis tutum, ac minus periculosum est, in-
scus sibi- quit Michaël, Basilisci animalis nocētissimi fremētis sibi-
lo fugat, lū, quo terret, fugatq; et (ut quidā putant) necat, in syluis au-
aspectu dire, quam suauissimas fœminarum cantilenas, & dulcissi-
necat. mum cantum percipere. Basilisci propheta quoq; Psal. xc.
ita meminit: Super aspidem, & basiliscū ambulabis, & con-
culcabis leonē, & draconem. Plin. lib. viij. Post quā illius
seræ, cui nomen est Catoblepas, quæ internecio humani ge-
neris est, omnibus, qui oculos eius uidere confestim expiran-
Basili- tibus, meminit, ita subiicit: Eadem & basilisci serpentis est
scus ser- uis. Cyrenaica hunc generat prouincia xij. non amplius di-
pens ubi gitorum magnitudine, candida in capite macula, ut quodam
genera- diademate insigni. Sibilo omnes fugat serpētes. Nec flexu mul-
tus. tiplici, nec ut reliquæ corpus impellit, sed celsus, & erectus
in medio incedens. Necat frutices, non contactas modò, ue-
rū et afflatus exurit herbas, rūpit saxa. Talis uis malo est.
Creditum quondam ex eo occiso hasta, & per eam subeun-
te ui, non equitem modò, sed equum quoque absumptū. Huic
tali monstro, sæpe enim enectum concupiuerē reges uidere,
mustellarum uirus exitio est, adeò naturæ nihil placuit ef-
se sine pari. Interficiunt eos cauernis facile cognitis sola ta-
te.

be. Necāt illi simul odore, moriunturq; & naturæ pugnant
conficiunt. Ex his datur intelligi, Basiliscum uisū necare, si-
bilo fugare. **CANTVS.** id est, cantilenas, quas fœminæ sal-
tātes plerumque cōcinunt. Iuu. saty. xi. Forſitan expectes ut
Gaditana canoro Incipiat prurire choro. **MELoS.** id est,
carmen: & priorem syllabā breuiat. Lactan. de Christi re-
surrectione: Fitq; repercusso dulcior aura melo. Sanè Ho-
me. in hymnis producit. Quare Perſi. Cantare credas Pega-
seium melos: non sine exemplo dixit.

TRIA VINCVLA MULIE-
ris petulantiam cohibent.

Fœmina molle genus, turpes procliuis ad actus
Ni uir sit custos, ni pudor, atque metus.

FOEMINA. Fœmina (definit uates) est genus quoddā **Fœmina**
animalis rationalis lasciuum, ad lasciuos actus prouum, ni- **quid est?**
si aliquod ex his tribus obstaret, uel mariti custodia, uel pu- **Ausculata**
dor, uel metus. Salomō Prouer. cap. vij. Et ecce occurrit il- **Salomo-**
li mulier in ornatu meretricio, præparata ad decipiēdas ani- **nē de mu-**
mas, garrula, & uaga, quietis impatiens, nec ualens in domo **liere.**
consistere pedibus suis. Nunc foris, nunc in plateis, nunc iu-
xta angulos insidiāns. Apprehēsumq; deosculatur iuuenem,
& procaci uultu blanditur, dicens: Victimam pro salute de-
uoui: hodie reddidi uota mea. Id circo egressa sum in occur- **Virtutes**
sum tuū desiderans te uidere, & reperi. intexui funibus lectū **mulierū.**
meū, strauit tapetibus pictis ex Aegypto, aspersi cubile meū
myrrha, aloë, et cinnamomo. Veni, inebriemur uberibus, et
fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. Non est
enim uir in domo sua, abijt uia longissima. Aristoteles libro
I. de animalibus: Est enim mulier natura ipsa querula, inui-
da magis, quam uir, et maledicētior: præterea anxia, et de-

spectans magis, quam mas, atq; impudentior: quin etiam facilior decipi, meminisseq; aptior. N I. abscissum est à nisi, pro quo ponitur.

M V L I E R P E C C A T I C A V S A.

Fœmina peccati gluten: latet anguis in illa:

Si sapis, hanc, ceu sit pestis, amare fuge.

FOEM I. Altera fœminæ definitione tradit poeta. Fœmina est (inquit) peccati glutinū, & ferruminatio: in illa enim peccatū latet, quod uelut anguis uiros necat. Hæc igitur (nisi stultus es) tãquam pestilens acerbata esset, uita. Salo. Prou. ca. v. Non concupiscat pulchritudine eius cor tuum, ne capias ris nutibus illius. Pretiū enim scorti, uix est unius panis: mulier autē uiri pretiosam animā capit. Nunquid potest homo abscondere ignē in sinu suo, ut uestimēta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, ut non plantæ cōburantur eius. Sic qui ingreditur ad mulierē proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam. G L V. id est, glutinū. Glutē Græce κλάμα nūcupatur. Et est genus puliū ex farina siue pane aqua decoctarum, quo chartam chartæ bibliopole in primis coniungere, ac ferruminare didicerunt. Sæpius tamen glutinū, sæpius q̄ quam gluten inuenitur. Plin. lib. xij. Glutinum uulgare ē pollinis flore temperatur, feruente aqua: minimo aceti aspersu. Idem paulò inferius: Omne autem glutinum nec uetustius esse uno die debet, nec recētius. L A T E T A N G. Sic Verg. in Bucō. Latet anguis in herba. P E S T I S. id est, pestilens. Lucr. lib. vi. Pestilens etiam pigris talaribus ægrē.

D E E A D E M R E.

Noxia fœminei fugias contagia cœtus:

Quanti causa mali fœmina prima fuit?

N O X

N O X I A. Fuge (hortatur Michaël) morbosas fœmineæ turbæ uicinitates: nam quantæ perniciet, rogat, prima fœmina fuit occasio? q. d. totius cœpit esse causa detrimenti. Ecclesiasticus cap. x x v. A muliere initium factum est peccati, A muliere & per illam omnes morimur. Hinc pendet uersiculus ille nomine in laudem Virginis Mariæ, tertio epigrammate: Unica factū est maternæ pontica dona gulæ. qui cum esset à quibusdā, quo peccati, rum nominibus parcere certum est, reprehensus, quasi Virgo Marianon maternæ, sed paternæ solummodo gulæ anti- lā omnes dotum exiitisset, ac nullo modo maternæ: memoria repeto morimur. apud grauißimos religionis nostræ Hæreticorum inquisitores, ac iudices illos à me conuictos cum alijs doctoribus, tum uerò his diuini Augustini uerbis in sermone de Natiuitate uirginis, cuius initium est: Adest nobis dilectissimi optatus dies. quæ sunt hæc: Mater generis nostri pœnam intulit mundo, genitrix Domini nostri salutem attulit mundo. Auctrix peccati Heua: autrix meriti Maria. Heua occidēdo obfuit: Maria uiuificando profuit. Percussit illa, sanauit ista. Pro inobedientia, obedientia commutatur: fides pro perfidia cōpensatur. F O E M I N A P R I. id est Heua, quæ prima uixit fœmina: sicut Adam primus humani generis pater, qui serpentis suafu de ligni fructu, quod est in medio paradisi comedētes peccarūt, de qua re uerba Dei ad Adā, deinde ad Heuā, Gene. cap. iij. sunt hæc, Vocauitq; Dominus Deus Dei ad Adā, & dixit ei: Vbi es? Qui ait: Vocē tuā Domine audiui in paradiso: & timui, eò q̄ nudus esē, & abscondi me. Cui dixit Dominus: Quis enim indicauit tibi q̄ nudus esses, nisi Heuam. q̄ ex ligno, de quo præceperā tibi ne comederes, comedisti? Dixitq; Adā: Mulier quā dedisti mihi sociā, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Dominus ad mulierē: Quare hoc fecisti? Quæ respōdit: Serpēs decepit me, & comedi. Deim-

h 4

de maledictio Dei in serpentem, in Heuam, & Adam sequitur. Quare adeat librum ipsum, qui cupit ulteriora scire. Illud interim nō est prætermittēdū, quod Marsilius in secundo Sententiarum conclusione secunda testatur. Conclusio: Quod licet nec in genere, nec in specie fuit maximum intensiue, uidelicet peccatū Heuæ, fuit tamē maximum intensiue in ordine ad prouocatiuum, uel quantū est ex inducentis impulsione: & ex eadem parte maius Heuæ, quā Adæ. Idem aliquantō inferius: Ergo grauius impellens erat in Adam, quam in Heua, unde & grauius à Deo punita est. **C O N T A G I A.** id est, societates. **F E S T V S** Contagionem esse dicendam, non contagia, scribit. puto de usu eum frequentiore intelligere. Nam & contagiū usitatē dicimus. Verg. in Buc. Nec mala uicini pecoris contagia lædēt. Et contagio: Iuue. satyr. ij. Dedit hanc contagio labē. Et cōtages: Lucr. lib. iij. Quæ contage sua palloribus omnia pingunt. Dicitur autē à contingendo: est enim morbus contactu polluens: & pro ouīū scabie secundum Columellam potissimum accipitur.

DE LAVDE VIRGINITATIS.

Virginitas animæ murus, uictoria carnis,
Portus honestatis, sancta pudicitia est.

VIRGINITAS. Quadrifariam definit uirginitatem **Encomiū** Michaël. Virginitas est, inquit, murus, ac turris, qua anima uirginita inexpugnabilis diabolo redditur, & quæ carnis concupiscentiam uincit, & in qua, tāquam in portu naues, omnis honestas consistit: deniq; est religiosa, & intemerata castitas. **Murus.** **M V R V S.** id est, munimentū. Valla lib. iij. Murus est urbis **Paries.** lapideus ambitus, qui Græcè dicitur τὸ τείχος. paries uerò domorū Græcè ὁ τοίχος. Murus est etiā non urbis, sed urbis simulum: ut munitionum, castrorumq;. **Mœnia** pro muris.

acci

accipi solent, & pro ædificijs ipsius urbis. **P O R.** id est, requies, & domicilium. Vlpianus de uerborum significatione: Portus appellatus est conclusus locus, quò importantur merces, & inde exportantur: eaq; nihilo minus statione cōclusa, atq; munita: inde angiportum dictum est. Ordo est: Virginitas est animæ murus, per eclipsim.

DE VIRGINITATE.

Virginitas cœlestē bonum, cognata phalangi
Angelicæ, in terris, hei mihi, rara fuit.

VIR. Virginitas est (docet Michaël) diuinum bonum, & angelorum exercitui coniuncta: sed hei mihi (dolet Michaël) in terris rara admodum reperta est. Sanè uerò uirginitas, maximorum apud Deum meritorum est. Nam cum Tres ho- tres sint hominum ordines, Coniugati, Continentes, ac Vir- gines, quos per Noë, atq; Iob & Danielem nostri Theolo- gi interpretantur: Coniugati quidem trigesimo fructu, Conti- nentes uerò sexagesimo, Virgines autem centesimo in cœlis donantur. Quam rem Matthæus cap. xij. per parabolam hoc modo significauit, ubi de seminibus in terram iactis agitur: Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Vnde hymnographus ita reliquit scriptū: Serta ter de nis alios coronant, Aucta cremētis, duplicata quosdam, Tri na centeno cumulata fructu, Te sacer ornant. **P H A L A N.** id est, legioni. Phalanx (inquit Seruius in lib. ij. Aenei.) lingua **Phlanx.** Macedonica legio est. Sed **Quint. Curti.** sic commemorat: Macedones phalangē uocāt peditū stabile agmen, dum uir uiro, armis arma conferta sunt. Continet autē phalanx, ut quidam prodiderunt, uiros centum & uiginti, fiebatq; armorum series umbonibus inter se confertis.

h s

LUXVS INGENIVM, ET
mores perdit.

Prodiga Nil letale magis, quàm luxu perdere mores:
litas pesti Hæc pestis iuuenum est sæuior ingenijs.

ma pe=
stis, Sallu
stius in
Catili. de
prodiga=
litate.
Animus
malis ar=
tibus im=
butus nō
libidini=
bus caret.

NIL. Nulla pestis magis mortifera, testatur Verimus, quàm si quis dissoluta prodigalitate mores contamineat, ac perdat, & tamen hoc malum tenellis adolescentulorum ingenijs nocentius est. Sallustius in Catil. Sed libido stupri, gaeneæ, cæteriꝫ cultus non minor inceserat, uiros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere: uescendi causa, terra, marique omnia exquirere: dormire prius, quàm somni cupido esset: non famem, non sitim, neq; frigus, neque lassitudinē operiri, sed ea omnia luxu antecapere. Hæc omnia iuuentutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant. Animus malis artibus imbutus haud facile libidinibus carebat. Quintilianus libro primo: Mollis illa educatio (quam indulgentiam uocamus) neruos omnes & mentis, & corporis frangit. Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? Nondum prima uerba exprimit, iam coquum intelligit, iam conchylium poscit: antè palatum eorum, quàm mores instituimus: in lecticis crescunt. Si terram attigerint, è manibus utrinque sustinentium pendent. LUXVS, id est, morum dissolutio. Festus: Luxa membra suis locis mota, & soluta dicuntur: à quo luxuriosus, in re familiari solutus appellatur. Letale, id est, mortiferum. Idem lethum ab obliuione, quàm Græci λήθη uocant, dictum est. Ergo per th, aspiratum uerissima orthographia scribendum est, secundum eum. Frisc. uult à leo, quo ueteres usi sunt pro deleo, fieri: quoniam mors omnes delet: & sic sine aspiratione scribitur.

NON

NON DECET VIRVM NIMIS
bene psallere uel cantare.

Turpe uerò studiū est psallendi, turpe canēdi,
Turpe est fœmineis semper adesse choris.

TUR. Inhonestum est uiro, inquit pœta, studium ad citharam psallendi, aut uulgò cantilenas canendi: inhonestum etiam habetur, in mollibus fœminarum saltationibus nimis frequenter saltare. Iuue. saty. viij. in Neronem: In scena nunquam cantauit Orestes. Hora. item leuitatem Tigelli cantoris, lib. i. sermo. ita carpit: Si collibuisse ab ouo usque ad ma la citaretio Bacche: & modò summa uoce, modò hac resonat, quæ chordis quatuor ima. Mart. lib. v. in Cotilū: Cantica qui Nili, qui Gaditana susurrat, Qui mouet in uarios brachia uolsa modos. PSALLERE proprie est fidibus modulari: à psallo uerbo Græco: unde est psalmus. Cantare magis est sola uoce: sed confunduntur. Saltare uerò est choreas, siue saltationes imitari. Verg. in Buc. Saltabunt mihi Damoetas, & Lyctius Aegon. Hæc eadē studia fœminæ inhonestiora sunt. Sall. in Catil. de Sempronia: Psallere, & saltare elegantius, quàm necesse est probæ mulieri. Psallo prætereà psalli præteritum format. Bassus in ij. lyricorum apud Prisc. lib. x. Calliope princeps sapienti psallerat ore. Atq; ut idem mox refert, à psallo supinum non inueni.

SPES VITAE LONGAE
est peccati causa.

Dulcis amor uitæ dirū (mibi crede) uenenū est:
Causaq; peccandi spes diuturna fuit.

DULCIS. iucundæ uitæ amor, crede mihi (inquit Michael) crudele uenenum est, & spes diuturnæ uitæ, multis peccandi

peccandi causa extitit. Salo. Prouer. cap. xi. Non posse fieri, ut is longa uita fruatur, qui peccator est, sic tradit: Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur. Expectatio iustorum lætitia, spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis uia Domini, & pauor his qui operantur malum. Iustus in æternum non commouebitur, impij autem non habitabunt super terram. DVL. AMOR VITAE. Sic Vergi. libro iij. Aeneid. Linquebant dulces animas. VENE. id est, uirus. Caius ff. de uerb. signific. his uerbis proficitur: Qui uenenum dicit, adijcere debet, utrum bonum esset, an malum. Nam & medicamenta uenena sunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum, eius naturam, cui adhibitum esset, mutat.

DE EADEM RE.

Quam miserum est nescire mori, uitæq; cupido
Peccandi multis pabula quanta dedit!

QVAM, O quam miserandum est, asseuerat Michaël, si quis ignorarit mori, & quam multis uitæ longioris cupido uberem delinquendi licentiam fecit. Nam, ut Ecclesia. cap. iij. ad hunc modum confirmat, & monet: Omnia tempus habent: & suis spatijs transeunt uniuersa sub cælo. Tempus nascendi, & tempus moriendi. Profecto multi nesciunt mori. Florus lib. iij. de Catilina hoc pulcherrime, sicut multa alia scitu digna prodit: Catilina longè à suis, inter hostium cadauera repertus est, pulcherrima morte, si sic propria concidisset. Et Iuue. saty. iij. Nec ciuis erat, qui libera posset Verba animi proferre, & uitam impendere uero. CUPIDO, id est, cupiditas. Et quanuis secundum artem foemininam est, Hora. nihilo minus masculino usus est, li. ij. Car. Nec leues somnos timor, aut Cupido sordidus aufert. Neq; pro amore

amore posuit, sed (ut Porphyrio est author) pro cupiditate. Quare miratur Porphyrio masculino eum genere cupidinē dixisse.

QVI NIHIL SPERAT,
nihil timet.

Si nil sperabis, discrimina nulla timebis.

Qualis amor fuerit, talis & ipse timor.

SI. Si nihil omnino in spe posueris (ait Michaël) nulla etiam pericula formidabis: & uice uersa, Qualis amor erga rem cupitam uiguerit, talis & eius amittendæ metus præstō est. Sap. cap. iij. Et nescierunt sacramenta Dei, neq; mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum mat timet suarum. SPERA. in spe posueris: est aliquando metuere. Ver ne quod rem. id est, timere. Sed (ut Serui. ait) acyrologia est. amat perdat.

NON DECET VIRVM MV-
liebri cultu incedere.

O quam turpe uiro muliebri incedere cultu:
Molliaq; euulsis, reddere crura pilis!

O QVAM. Exclamat poëta: O quam indecorum est, uirum muliebri ornatu excultum incedere, & crura (ut patrici consueuerunt) euulsis pilis reddere molliora. Ouid. lib. i. de arte amandi: Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos: nec tua mordaci pumice crura teras. Idem paulo inferius multo plura tradit Marius apud Sallustium: Nam ex parente meo, & alijs sanctis uiris ita accipi, munditias mulieribus minus uiris laborem conuenire, omnibus bonis oportet plus ditias, uigloriæ, quam diuitiarum: arma, non supellectilem, esse decori. ris labor. E V V L. P. I. id est, uolfellis, et forpicibus extirpatis. Nam patrici aut pilos auellebāt, aut pumice lapide, ut Plin. li. xxxvi. trad

tradit, qui amne erofus est, quiq; est in usu corporū leuigā-
dorū sceminis, iā quidē & uiris, atq; (ut ait Catullus) libris,
et q̄ laudatissimus est in Melo, Scyro, et Aeolijs insulis rūca
bāt. Iuue. sa. viij. Si tenerū attritus Catinensi pumice lūbum.

DE PRINCIPE NON PRO-
hibente peccatum.

Qui prohibere potest, causā tribuisse uidetur
Peccandi, quicquid non uetat illicitum.

QVI. Princeps, qui prohibendi ius obtinet, inquit uates,
nisi quicquid in concessum peccatur uetat, peccādi uidetur
permisisse causam. Vlpianus 1. Digest. lib. Semper qui non
Dissipat prohibet pro se interuenire, mandare creditur. Vnde Salo=
impios mon Prouerbiorum capit. x x. Dissipat inapios rex sapiens,
rex sapi- & incuruat super eos fornicem. Idem uice uersa capi. x-
ens. VIII. Dux indigens prudentia multos opprimit calumnia:
Dux indi qui autē odit auaritiā, longi fient dies eius. ILLI. id est, non
gens sa= permissum. ex licentia uenit, de cuius nominis significato
pientia Valla lib. iij. huiusmodi uerbis profiteur: Est autem huius
multos nominis significatio impunita quaedam facultas, quicquid ue
oppri= lis, agendi. PECCANDI QVICQUID. cum accusati=
met. uo construxit: cum Pecco sit absolutum. Vnde & Cicero
lib. i. de Offi. passiuum ita usurpauit, dicens: Ne quid in eo
genere peccetur. Ratio tamen subest: quia res uerbalis subim=
telligitur, hoc modo: Ne quid, subaudi, peccati: hoc est, ne
Passiue aliquod peccatum. itaq; passiuum erit. Nam & illud quod
uocis im= suprā testati sumus, nulla re uera passiue uocis imperiona=
periona= lia esse, Priscia. satis indicat, qui lib. i. minoris artis, ita re=
lia nulla fert: Ex hoc possumus attendere, quod impersonalia simili=
re uera ter omnia, quibus nos frequenter utimur, quæ ipsa quoque
sunt. ab huiusmodi uerbis Græcorū *κτίνω, ἀείρω, ἔχω*, accepimus,
teste

teste sapientissimo domino & doctore meo Theotisto, quod
in institutione artis grammaticæ docet: possum habere intel=
lectum nominatiui ipsius rei, quæ in uerbo intelligitur. Nam
cum dico occurritur, cursus intelligitur, & sedetur, sessio:
& ambulatur, ambulatio: & euenit, euentus: sic & similia.
Quæ res in omnibus uerbis etiam absolutis, necesse est ut in=
telligatur: ut uiuo uitā, & ambulo ambulationem: sedeo ses=
sionē: & curro cursum. Hæc est doctrine ueritas. Verum (ut
Cice. lib. i. de Offi. Marco filio dicit) De rebus ipsis utere
tuo iudicio, nihil enim impedio. Nā & durū est usum uerbo=
rum impersonaliū, quæ omnes uno cōsensu grāmatici confir=
marunt, abijcere: & nos (ut in Volumine, titu. ut liberti de
cætero aureo non indigeant annulo, scriptum est) Facimus
nouum nihil, sed egregios anteriores Imperatores sequimur.
Non enim ueni ut soluerem legem, sed ut adimplerem.

CONSCIENCIA BONA NIHIL TIMET.

Qui rectè uiuit, contemnit iussa superbi.
Conscia mens recti nihil timuisse potest.

QVI. Nimirum qui sanctè, ac minimè exlex ætatem a=
git, asseuerat uates, tyranni minas pro nihilo pendet, siqui=
dem animus, qui eius honesti quod secum habet, conscius sciens nil
est, nihil periculi timuisse potest. Ratio est, quoniam ut Sal. timet.
Prouerbiorum capi. x v. testatur, in abundantia iustitia uir=
tus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabun=
tur. Domus iusti plurima fortitudo, & in fructibus impij
conturbatio. CONTEMNIT, id est, despicit. Marcel=
lus: Contemnere, & despicerere eo distant, quod est despice=
re grauius, quàm contemnere. Marcus Tullius in Verrem Despice=
actione tertia: Quemq; contempserit, despexerit, liberum re.
esse

esse nunquam dixerit. **CONSCIAMENS REC.** id est, honesti. Vergi. lib. i. Aeneid. Et mens sibi conscia recti. Idem Marcel. Scius & conscius hoc differunt, quod scius secum, conscius cum alio sciens est: licet conscium indifferenter positiū legerimus. Illud adhuc aduertendum, conscium nō solū recti, sed si absolute, hoc est, sine genitui regimine ponatur, ferre super prauū dictum. Martia. lib. vi. Vis fieri diues Bithynice? cōsciū est. Iuue. saty. iii. Quis nūc diligitur nisi conscius? SVP. id est, principis, uel tyranni.

PLUS LINGVA, ET CONVICTVS,
quā scriptum mouet.

Plus tibi conuictus, plus uni proderit oris
Eloquium, quā si scripta diserta legas.

PLUS. Vberius tibi magistri cōtubernalitas proderit, o adulescētule bonarū artium studiose, inquit poēta, & uberius tibi naturalis ipsius magistri uocis facundia commodabit, quā si p te scripta copiose iradita euoluas. Sal. Prou. c. vij. Fili mi, custodi sermones meos, & p̄cepta mea reconde tibi. Vnde Cic. in lib. de Amic. Ego autē a parente ita erā ductus ad Scæuolā, sumpta uirili toga, ut quoad possem, & liceret, a senis latere nūquā discederē: itaq; multa ab eo prudenter disputata, multa breuiter, & commodē dicta memoriæ mandabā, fieriq; studebā eius prudentia doctior. Hierony. ad Paulinū: Habet nescio quid latētis energiæ uiuæ uocis actus, & in aures discipuli de authoris ore transfusa, fortius sonat. Vnde & Aeschines cum Rhodi exularet, et legeretur illa Demosthenis oratio, quam aduersus eū habuerat, miratibus cūctis, ac laudatibus, ait: Quid si ipsam audissetis bestiam sua uerba resonantē? **CONVI.** id est, contubernalitas: a cō, quod est unā, uel simul, & uiuo tractū. Marti. li. x.

Con

Conuictus facilis, sine arte mensa. **ELOQUI.** id est, eloquentia. Luca. lib. vij. Cunctorum uoces Romani maximus author Tullius eloquij. **DISERTA.** id est, disserunt de re quapiam. Nam & si participium est prateriti temporis, tamen actionem significat. Valla lib. i. Disertus proprie qui disserit, non qui disseritur.

FIDERE VVLGO, ET PLACERE
populo, est dementia.

O te dementem, si uulgi ignobilis aura
Te mouet: ah nescis, cui placuisse cupis.

OTE. Exclamat poēta. O te stultum, & imprudentem, si obscuri uulgi fauor te attollit: ah parū comperitum habes, inquit, cui desideras inferuire, & ad cuius nutū temetipsum regis. Verg. libro ij. Geor. Hic stupet attonitus rostris, hunc plausus, hiantem. Per cunctos geminatus enim plebisq; patrumq; Corripuit. Hinc Persi. saty. vi. scripsit: Hic ego securus uulgi, & quid præparet Auster, Infelix pecori. **VVLGIGNO.** id est, obscuri populi, & imprudentis. & quamuis neutrū sit, Verg. lib. ij. Aene. Sæuitq; animis ignobile uul-
gus. tamen masculinum lectum est. Idem in eodem libr. Tum spargere uoces In uulgum ambiguas. Nam & Seruius in illud paulō superius carmen, Scinditur incertum studia in contraria uulgus. ita profitetur: Vulgus melius masculini generis est, quā neutri, quia in us exeūtia neutra in ris sunt, ut funus eris. **AURA.** id est, fauor: translatio a uētis, qui nauigantibus aspirant. Luca. lib. primo Phar. Fameq; petitor Multa dare in uulgus, totus popularibus auris Impelli, plausuq; sui gaudere theatri. **AH.** dolentis interiectio est. Vergil. in Buc. Ah uirgo infelix.

Vulgus
etiam ma-
sculinum
legitur.

NON SVNT MVNERA

accipienda.

Munera ne capias, uncus latet hamus in esca.
Nulla carent uisco munera, uirus habent.

MVNERE. Ne accipias à quibusdā personis munera, hortatur Verinus, quia in eo munere, siue cibo curuus (inquit) hamus occultatur: itaq; nulla munera sine uisco mittuntur, & re uera uenenū cōtinent. **MAR.** lib. v. i. Munera magna quidem misit, sed misit in hamo. Et in captatores hoc dictū est. **Iuue. saty. v. i.** Consiliū laudo artificis, si munere tāto precipuam in tabulis ceram senis abstulit orbi. Hamus, ferreum instrumentū, & recuruum quidem est, cuius cuspidi parua subest lingua, quo piscatores pisces expiscantur. **IN ESCA.** id est, cibo, quo hamus occultitur, latetq; unde inescare trahitur, quod ad aucupes, authore Donato in Adel. spectat. **VISCO.** id est, dolo. **Verg. lib. i. Geor.** Tum laqueis captare seras, & fallere uisco. Et est glutinū tenacissimum, quo aucupes auiculas capiūt. **VIRVS.** id est, uenenum. **Vergil. lib. iij. Geor.** Lentum distillat ab inguine uirus.

VERVS AMICVS IN DVRO
tempore cognoscitur.

Temporibus duris ueri noscuntur amici.
Ab fidos paucos experiere tibi.

TEMPO. Aduersis temporibus, testatur uates, fidi amici experiuntur: ab suspirans, subijcit, per paucos fideles tibi agnosces. **Salo. Prou. cap. xv. i.** Omni tempore diligit qui dilectus est, & frater in angustijs comprobatur. **Cic. lib. iij.** Ad Herennium: Ita ut hirundines aestiuo tempore praesto micus est, sunt, frigore repulsa recedunt, ex eadem similitudine, nunc per

per translationē uerba sumamus, ita falsi amici sereno uitae in tempore praesto sunt, simul atq; hyemē fortunae uiderint, deuolat omnes. **Ouid. de Tristi.** Dum fueris felix, multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila, solus eris. **DVRRIS.** id est, aduersis. **NOSCIVN.** id est, inueniuntur, & cōprobantur. **Seruius in lib. vij. Aenei.** Sanè inter agnosco, & cognosco superfluò quidam uolunt facere discretionem, ut agnoscamus nouos, agnoscamus antiquos: sed haec à poetis metri necessitate uariantur. **EXPE.** id est, tētabis. **Teren. in Eunu.** Omnia prius experiri, quàm armis sapientē decet. **Cognosco.**

DE EADEM RE.

Inuenies multos, si res tibi floret, amicos:
Si fueris pauper, quis tibi amicus erit?

INVE. Comperies plures amicos, ac sodales, ait poeta, si res familiaris tibi est locuples. sin autem pauper eris, quisnam tibi amicus futurus est? q. d. nemo. **Salom. Prouer. capite XIX.** Diuitiae addūt amicos plurimos, à paupere autem & hi quos habuit separantur. Idem paulò posterius: Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum: insuper & amici recesserunt ab eo. **Iustinus lib. v.** Nam quò se fortuna, eòdē etiam Fratres fauor hominum se inclinat. **Cæsar lib. iij. de bello ciuili.** Plebunque in calamitate ex amicis inimici existūt. **FLORET.** pauperis id est, prospera est. **Lactan. libro v.** Iniusti, ac Deum nescientes, & diuitijs & potentia, & honoribus florent. **oderunt eū, & amici recesserunt ab eo.**

QVAE SVNT VERAEE DIVITIAE.
Diuitiae non sunt argenti pondus, & auri:
Virtutes ueras accipe diuitias.

D I V I. Grāde argenti pondus, auriq; nō sunt ueræ ani-
mæ diuitiæ, assueuerat uates, imò uerò uirtutes diuitias ueras
existimare debetis. Hor. lib. i. epist. Vilius argentum est au-
ro: uirtutibus aurū. **V I R T V.** id est, actiones sine uitio. Idem
uirtutem ita desinit eodem lib. Virtus est uitii fugere, & sa-
pientia prima Stultitia caruisse. **A C C I P E.** id est, æstima.
Capere. Profectò Vlpianus prudentissimè scribit: Aliud est capere,
Accipe- inquit, aliud accipere. Capere, quod cum affectu accipitur:
re. accipere, etiam si quis non sic accipit ut habeat: Ideoq; non
uidetur quis capere, quod erit restitutus. Quod autem di-
cit argenti pondus, & auri, Vergilianè dictum est, ex libro
i. Aene. Ignotum argenti pondus, & auri. & Lucretianè,
ex lib. v. Conueniens argenti riuus, & auri.

SENTENTIA DE LV-
cri cupiditate,

Conditio misera est lucri intoleranda cupido,
Hyberni hæc uexat turbinis instar aquas.

C O N D I. Intolerabilis uiro iusto lucri cupiditas, mise-
ra fortuna, statusq; uitæ est, ait Verinus. nam hominem lucri
gregat cupidum angit ad modū hybernæ tēpestatis uexātis aquas.
thesauros Salo. Prou. xxi. Qui congregat thesauros lingua menda-
cij, uanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis.
lingua mendacij Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iu-
uanus et dicitum. Iuuen. saty. xiiij. Sed quò diuitias hæc per tormen-
excors ta coactas? Quū furor haud dubius, cum sit manifesta phre-
est. nesis, Vt diues moriaris egenti uiuere fato. **C O N D I.** id est,
uitæ status. Hora. libr. i. car. Attalici conditionibus Num-
Cōditio, quam dimoueas. Cōditio, & conditio sicut etymologia, &
Condi- orthographia differunt, ita & significatione distinguuntur.
ditio. Conditio sine c, à cōdo, is, uitæ statum significat. Conditio
per

per c, à cōdico, is, passionem. Teren. in And. Accepit con-
ditionē. **V E X A T.** id est, lacerat. Verg. in Buc. Dulichias ue-
xasserates. Quod uerbū Cornutus Anneus, qui cōmentaria
in Vergiliū cōposuit, quasi incuriosè, & abiectè positū (ut
Gel. lib. ij. cōmemorat) reprēhēdit, cum factū uideatur ab eo
quod est uehere (ut idem Gell. Cornuto respōdet) in quo est
iam uis quædam alieni arbitrij. Ergo propriè, ac signatè
Verg. sicut Cato in oratione quā de Achæis scripsit: Cumq;
Annibal terram Italianam laceraret, atque uexaret. **T V R B I.**
id est, uentorum turbationis. Ordo est: Turbinis, subaudi,
turbantis. Et, re uera, satis nouè dictum est, ut si dicas: Scia-
pio turbat Annibalem instar æstiuū fulminis.

AD AVARVM.

Ostia pauperibus, penus, et granaria claudis,
Tradiderit soli hæc ceu tibi cuncta Deus.

O S T I A. Claudis ò auare, exclamat Michaël, domus tuæ
ianuas pauperibus, & omnia cibaria, & horrea quidē clau-
dis: quasi tibi soli hæc omnia generarit Deus. innuit autē na-
tura huiuscemodi omnia cōmunia esse, nō priuata. Vnde Sa-
lo. Prouer. cap. xi. Qui abscondit frumenta, maledicetur in
populis: benedictio autē super caput uēdentiū. Idē cap. xxi. cōdit fru-
qui abs-
populis: benedictio autē super caput uēdentiū. Idē cap. xxi. cōdit fru-
Qui obturat aurē suam ad clamorē pauperis, & ipse clama mētā, ma-
bit, & non exaudietur. Cic. lib. i. de Offi. Sunt autem priua-
ledicetur
ta natura nulla: sed aut ueteri occupatione, ut qui quondā in in popu-
uacua uenerunt: aut uictoria, ut qui bello potiti sunt: aut le-
lis.
ge, passione, consuetudine, cōditione, sorte. **P E N U S.** id est,
cibaria, & poculū, ut ita dicam. Penus, authore Prisc. lib. v. Penus ter-
& masculinum & fœmininū, & neutrum inuenitur, quod tæ &
Vergilij, Terentij, atq; Horatij authoritate cōfirmat. Sed pe quartæ de-
nus quartæ inflexionis masculinum, & fœmininū. Tertiæ clin.

autem neutrum est, ut hoc loco, quia ultimã corripuit, quam inflexio quarta produxisset. Gel. lib. iiii. ita colligit Seruium Sulpitiũ in reprehensis Scæuolæ capitibus scripsisse, Seio Helio placuisse, non quæ usui tantum, & potui foret, sed tus quoq; & cereos in penu esse, quodq; esset eius fermè rei causa cõparatũ. GRANA. loca ubi grana frumẽti reponuntur. Var. lib. i. Granariũ, ubi granum frumẽti condebant, appellatum est. Horreum ab horrido. Triticum quod tritũ est spicis. Dixit autem Varro ab horrido, propter aristarum asperitatem, quoniam prisca fruges in suis spicis condebant.

Triticũ.
horreũ.

CUR NON EDAT.

Cur ego non edã in lucẽ mea disticha quæris:
Edita (si mala sunt) quis reuocare potest?

CUR. Quæris (rogat poëta) quapropter ego nõdum in lucem mea disticha emittere incipiam? quia si fortasse nõdum satis sunt elucubrata, quis deinceps poterit ad sese limæ gratia illa recuperare? Nam, ut Hor. Flaccus in arte poët. dixit, Membranis intus positis delere licebit, Quod nõ edideris, nescit uox missa reuerti. Donatus itẽ de Vergilij uita, ad hũc modum differit: Cũ Georgica scriberet, traditur quotidie meditados manẽ plurimos uersus dictare solitũ, ac per totum diem retractando, ad paucissimos redigere, non absurdè carmen se ursæ more parere dicens, & lambendo demum effingere. MALA. id est, præmatura, & imperfecta. Hor. libro 2. Ser. scribit mala carmina uecors Laudato.

SAPIENS EST DITISSIMVS.

Si fueris sapiens, Cræsi superaueris aurum:
Nam sapiens nullo tempore uiuit inops.

SI FVERIS SAPIENS (asseuerat Verinus) Cræso
Lydo

Lydorum rege ditissimo ditior eris: nullo enim tempore sapiens uiuit egens. Salomon Prouerbiorum capite viij. sapien-
tiam ita loquentem inducit: Mecum sunt diuitiæ & gloria, pietia sũt opes supernæ, & iustitia. Melior est fructus meus auro, & diuitiæ, lapide pretioso: & genimina mea argento electo. In uis iu- gloria, dicij ambulo, in medio semitarum iudicij, ut ditem diligentes opes sup me, & thesauros eorum repleam. Cicero vij. Paradoxo hoc nẽ, & in themã proponit: Quod solus sapiens diues sit. Et multa quæ stitia. ibidem commemorantur. CROEAVRVM. id est, diuitias, Solus sapiens & opes. Sane Cræsus, ut breui complectamur ea, quæ He- piens di- rodotus Halicarnasæus libro primo copiose tradit, Lydorũ ues est. rex fuit quã ditissimus, qui sibi in tanta rerum affluentia Stulto omnium beatissimus uidebatur. Sed cũ Solõ eius opes pro niĩ pro- nihilo duxisset, rogatus quem uidiisset omnium beatissimum, sunt diui Tellum Atheniensem respondit. Sed quod me interrogasti, tiæ, quan inquit, nondum te appello, priusquã bene uita defunctum do sapien audiero. Postea uerò Persæ Sardibus potiti Cræsum ipsum tiam eme ad Cyrum regem perduxerunt, qui uiuum pyræ cremare nõ pos- dum imponi iussit. Sed is memor dictorum Solonis, ter So- sit. lonem exclamans nominauit. Quare Cyrus eripi eum flam- mis iussit, postquã Cræsi sermonem per interpretem acce- pit: poenituit enim similis fortunæ regem rogo imposuisse. Sed Lydis pyræ flammæ sedare non ualentibus, ab Apol- line, quem Cræsus inuocarat, ac si ullum unquam ab eo do- num gratum ei fuisset, ut subueniret obsecrarat, nimbis dere- pente demissis extinctus est.

NIHIL STULTO PRODEST.

Quid prodesse potest stulto, quum nesciat uti
Consilio, atque omni tempore uiuat inops?

QVID. Quidnam potest imprudenti esse utile (rogat

poëta) cum præsertim consilij habere usum ignoret? atque
 ideò uniuersa ætate uiuat egenus? Salom. Prouerb. cap. xvij.
 Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere
 non possit? Horat. lib. i. epist. Seruiet æternum qui paruo ne-
 sciet uti. Idẽ paulò posterius: Imperat, aut seruit collecta pe-
 cunia cuiq;. Vnde Sap. cap. viij. Et si diuitiæ appetuntur in
 uita, quid sapiëntia locupletius, qua operatur omnia? CON-
 S I. id est, prudentia, animi ratione. Festus: Consilium uel à
 consulendo dicitur: uel quòd in unam sententiam plurimum
 mentes consiliant, & conueniant: sed à silendo credibilius
 dictum putatur, quo maximè inuenitur.

QVI AMAT CORPVS,
 spernet animi uirtutem.

Cui nimis est charũ corpus, uilescit honestas:
 Et uentrem, & mentẽ nemo replere potest.

C V I. Illi cui corporis uoluptas nimis adamatur, & cu-
 ratur, inquit, animi honestas uili æstimatur, quando quidem
 nemo & uentris uoluptatibus seruire, & animi desiderijs
 parere simul potest. Salomon Prouerb. cap. xxij. Noli esse
 in conuiujs potatorum, nec in comessationibus eorum, qui
 Vacantes carnes ad uescendum conferunt: quia uacantes potibus, &
 potibus dantes symbola consumentur: & uestietur pannis dormita-
 & dantes tio. Ca. Marius apud Sallust. Quin ergo quod iuuat, quod
 symbola esse charum existimant, id semper faciant: ament, potent,
 cõsumen ubi adolescentiam habuere, ibi senectutem agant in cõuiujs,
 tur. dediti uetri, & turpissimæ parti corporis, puluerẽ, & alia
 talia nobis relinquunt, quibus illa epulis iucundiora sunt.
 V I L E S. id est, uilis fit, siue uile fit, ut Valla libr. primo in-
 terpretatur, cuius uerba sunt: Caleſco, id est, caleſcio: frige-
 sco, id est, frigeſco: ergo ex horum analogia uileſco, id est,
 uileſcio.

Seruiet
 æternum
 q̄ paruo
 nesciet u-
 ti.

Vacantes
 potibus
 & dantes
 symbola
 cõsumen
 tur.

uileſcio. Sed illa in usu ideo non sunt (ut idem refert) quia su-
 peruacuum esset duas nos uoces habere idem significantes.
 Nam & huic significationi (ut idem deducit) idioma Itali-
 cum, & Hispanum, quod ex Italico oriundum est, astipula-
 tur: ut omni die marcesco. Ogni die magrisco. Cada die me
 magresco: ex quo incrementum assiduum declaratur, non
 inchoatio.

A D P E T R V M.

Te miserũ dicis, fateor sine crimine quẽquam
 Non uidi miserum: tu miser ergo Petre es.

T E. Petrum amicum quendam qui sese peccatorem fa-
 tebatur, uidetur carpere poëta. Te miserum, inquit, incusas:
 cumq; ille speraret Verinum dicturum, non mirum est: uel,
 omnes sumus peccatores: aut aliquid huiuscemodi, argute Ergo col-
 poëta, & quasi intra præcordia ludens subiicit, Fateor, in- lectiua
 quit, Petre, neq; unquam quenquam miserum, nisi peccato- est.
 rem, uidi, ergo tu miser es. q. d. qui te fateris peccasse. Accu-
 sat autẽ Petrũ stultæ arrogantia: qui sua delicta non potius
 celet, quàm propalet. Sic Marti. lib. i. x. Nõ nostri faciunt, Igitur:
 tibi quòd tua tempora sordent: Sed faciunt mores Cæcilia- Ergo.
 ne tui. E R G O Collectiua est coniunctio. Valla li. ij. Igitur, Quare.
 atque ergo, breuioribus adhibentur conclusionibus: quare, quamob-
 quamobrem, quapropter, maioribus: nisi ita dicas: Nescio rem.
 quare sic loquaris. Intelligo quamobrem sic facias. Quapro-
 pter.

A D D I N V M.

Quũ tãta, heu, miseris penuria tẽporis instet:
 Cur Dine in nugis tempora longa teris?

Q V V M. Quum tanta uitæ breuitas, heu, nobis miseris
 instet, incubatq; (rogat) quapropter ò amice Dine in nugis,

ac leuibus iocis scribendis tam longas temporis moras consumis? Hunc Dinum poetam fuisse, eo quod in nugis dixit, uidetur testari: non enim disticha sententiarum, sicuti Verinus, reponebat, sed iocos, & amores more ueterum. Sic Mat. c. x x. Circa undecimam uero horam exijt, & inuenit alios stantes, & dixit illis, Quid hic statis tota die otiosi? Et statim iterum: Ite & uos in uineam meam. Iob cap. i x. Dies mei breuiores fuerunt cursore, fugerunt, & non uiderunt bonum. Pertransierunt quasi naues poma portantes: sicut aquila uolans ad escam. PENURIA. id est, caritas. Valla lib. iij. Caritatem etiam pro penuria accipimus: sed frumenti quidem, & annonae caritatem dicimus: penuriam uero uini, aquae, pabuli, pecorum, uirorum, caeterarumque; huiuscemodi rerum: uel penuria est (ut sic dicam) carentia omnium rerum: caritas uero, quae contraria est uilitati. Ideoque; Pli. Iunior ait accessisse agris suburbanis caritatem. & Quintil. quum ait: Itaque; caritas annonae, rarum frumentum, caedes, ac direptio pecorum. Idem est ac si dixisset, caritas annonae, penuria frumenti. IN NUGIS. id est, leuibus iocis. Nugae, à non ago dictae: quoties sermones sunt nullius ponderis. Hor. in arte poë. Nec dicet, cur ego amicum offendam in nugis? haec nugae seria ducent. TERIS. id est, consumis. Verg. li. iij. Aene. Aut qua spe Libycis teris otia terris. Ordo est: Heu quum tanta penuria & c. non enim heu datiuo cohaeret, sed acusatiuo subaudito, uidelicet, nos.

REPREHENDIT MORI TIMENTEM.

Quum sit plena mali uitae mortalis egestas,
Cur exire times carcere? liber eris.

QUVM. Quum ipsa uite morituræ indulgentia, malo referta sit, & damno, rogat poeta, quare uereris, ô homo, à corp

corporis carcere migrare? & eris in libertate. Cic. lib. ij. de Offi. Nemo enim iustus esse potest, qui mortem, qui dolo= Nemo in rem, qui exilium, qui egestatem timet, aut qui ea, quae his stus esse sunt contraria, aequitati anteponit. Quod uero dixit, Vitae potest qui mortalis egestas: scitu dignum est: quis enim ita locuples in morte tua hac uita, qui non pluribus indigeat? Vnde Ecclesi. cap. v. met. Vbi multae sunt opes, multi & qui comedunt eas. PLENA MALI. id est, abundans malo. Plenus ablatiuo et genitiuo cohaeret. Teren. in Eunu. Plenus rimarum sum. Verg. lib. iij. Geor. Crura thymo plenae pascuntur. Quintil. tamen usu differre putat, lib. i x. sic memorans: Plenus uini ueteres dixerunt: nos plenus uino dicimus. CAR. id est, corpore, quod animae carcer est. Verg. lib. v i. Nec auras Respiciunt clausae tenebris, & carcere caeco. Huius nominis singularitatem pluralitatemque; Varro lib. i. ita discernit: Carcer à coercendo dicitur: quod exire prohibentur: subaudi noxij. Idem statim subscribit: Carceres dicti, quod coercentur equi, ne inde exeant antequam magistratus signum misit.

DE EODEM.

Quod citò decedis, gemis: hac es lege creatus:
Nam tibi longa satis, quae bona uita fuit.

QUOD. Quoniam ante longiorem aetatem moreris, ge Satis uim, ac lamentaris: ea factorum conditione es generatus, ut uit qui uidelicet (quoniam Deus ita disponit) citò moriaris: nam sa nestie uitis longa tibi uita fuit ea, quam haecenus duxisti bonam: & uit. ratione puerilis aetatis sine crimine. Quasi inuariat: eos qui adolescentibus admodum è uita transmigrant, minus culpae ob= Melior noxios, atque; ideò feliciores decedere. Ecclesiast. cap. x x x. est mors Melior est mors, quam uita amara: & requies aeterna, quam quam uilanguor perseveras. Sapient. quoque; c. iij. Iustus autem si morte ta amara.

præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. GEMIS, id est, impatienter doles. Ver. lib. 1. Aene. Nunc Amyci casum gemit. LEGE, id est, fatali conditione.

OMNIA PATIENTER FERENDA,
ut ex uoluntate Dei procedentia.

*Quod tibi cōtigerit, patienter ferre memēto:
Quum certum est fieri numine cuncta Dei.*

Q U O D. Fac memineris (inquit) patiēter tolerare quicquid tibi acciderit, quum sit manifestum omnia diuinæ potentie permissiōe confici. Eccl. c. xi. Bona, & mala: uita & mors: paupertas, & honestas à Deo sunt. Apost. ad Ro. cap. xiiij. Omnibus potestatibus sublimioribus subditi estote: non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. N V M. D E I. id est, fati necessitate. Verg. lib. ij. Aeneid. Non hæc sine numine diuūm Eueniunt.

MENS BONA NIL TIMET:
contra, mala semper timida.

*Conscia mens recti nullo commota pauore est:
Ad mala mens semper sollicitata metu.*

C O N S. Animus, qui recti, ac iusti est particeps, nullo timore concussus est: sed prauus animus metu semper exagitatus fertur. Sapientie cap. v i. Qui enim custodierint iustitiam, iuste iudicabuntur: & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeant. Iuue. sa. xiiij. Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent, Cum tonat, exanimes quoque primo murmure cœli, Non quasi fortuito, nec uentorum rabie, sed Iratus cadat in terras, & uindictet ignis. C O M M O. id est, exagitata. Teren. in Andr. Commouit.

O M N

Quid magis est scælix, quam cor sine crimine mundum:

Qualis inest mundo pectore lætitia?

Q U I D. Quid magis fortunatum inueniri potest (rogat Michaël) quam cor crimine non maculatum? q. d. nihil. Et rursus qualis lætitia in pectore nullo scelere contaminato inhabitat? quasi dicat incredibilis. Sapientie capi. iij. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis uexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. C O R S I N E C R I M I. M V N D V M, id est, quod ita, ac non aliter mundum est, ut sine crimine sit.

C O N T R A H Y P O C R I T A M.

Mentiris, Christi falsò qui sacra fateris,

Ni facias quicquid pagina sacra iubet.

M E N T I. O hypocrita, hoc est, simulator (inquit) mentiris, qui sacra Christi te colere, atq; ita Christianum esse affirmas: nisi obserues, & facias quodcumq; sacræ religionis scriptura præcipit. Matthæi capite uicesimo tertio: Væ uobis scribæ & Pharisei hypocritæ: quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus uerò plena sunt ossibus mortuorum, & spurcitiis. Iob ca. xxvij. Quæ est enim spes hypocritæ, si auarè rapiat, & nō liberet Deus animā eius? nūquid Deus audiet clamorem eius, cum uenerit super eum angustia? Iuena. saty. ij. Fronti nulla fides, quis enim nō uicus abundat Tristibus obscœnis? H Y P O. simulator: nam hypocrisis Græcè interpretatur simulatio, ab hypo, & crisis, quod est iudiciū. Vnde Quintilia.

ti. li. ij. Aeschinē hypocritā oratorē fuisse tradit. **MENTI**. id est, nos fallere conaris. Publius Nigidius apud Gellium li. xi. differentiā inter mentiri, & mendaciū dicere, hanc tradit: **Mentiri.** Qui mentitur, ipse non fallitur: sed alterum fallere conatur. **mendaciū dicere.** Qui mendacium dicit, ipse fallitur. **PAGI**. id est, scriptura: continēs pro contento. Vergil. in Buc. Nec Phœbo gratior ulla est, Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.

DE VENERATIONE PARENTVM.

Qui cupis esse senex, charos uenerare parentes:

Quæ patri facies, filius illa tibi.

QVI. Quicumq; ad senectutem usq; peruenire exoptas, ait Verinus, dilectos cole parentes: nam officia quæ ipse erga patrem exercebis, eadem filius exercebit erga te tuus. **Qui hono-** Matt. cap. xv. Honora patrem, & matrem. & qui maledixerit patri, uel matri, morte moriatur. Ecclesiasticus ca. iij. **norat pa-** Qui honorat patrē suū, uita uiuet longiore: & qui obedi- **trem suū** patri, refrigerabit matrē. Idē paulō post: Benedictio patris **uita uiuet** firmat domos filiorū, maledictio autē matris eradicat funda- **longio-** mēta. **VENER**. id est, cole. Festus: Venerari, uerbū cōpositū est ex uenia orādo. **FILIVS**, id est, quicumq; ex posteris. Paulus Digesto. lib. Filij appellatione, oēs liberos intelligimus.

CONTRA MERCATORES
rerum terrenarum.

Per mare, p̄ terras, mercator quæritat aurū:

Tu cœli æternas, stulte, relinquis opes.

PER. Argumentum est à minori ad maius. **MERCATOR** quocūq; loco siue per maris, siue per terræ pericula, quærit aurū, & lucrū, ait Michaël, tu uerò Christiane im-
pru

prudēs cessas diuitias parare in cœlo æternas? Sapientiæ c. xxxiiij. Iterū alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se, fragilius lignū inuocat: illud enim cupiditas acquirēdi excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua. Hora. lib. i. epi. Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. **QUAERITAT**. id est, frequēter quærit: est enim frequentatiuæ formæ: & mirè frequentatiuo usus est. Teren. in And. Lana & tela uictum quæritans. **AETER.** **OP**. id est, paradisi thesauros.

CONTRA AVARVM DIVITEM.

Quem non pauisti, maclasti diues egenum:

Ipsē reus tanti criminis huius eris.

QUEM. Capitalis criminis auarum quendam postulat Michaël, ualidissimo argumento probans quoniā egenum, quem non pauit, tanquam occiderit, mori permisit. Quem non saturasti, inquit, ô auare diues, necasti: quare huius tam **Auaro nī** prauī facinoris ipse apud Deum damnandus es. Ecclesiast. hil scelestius. **cap. x.** Auaro autem nihil est scelestius. Idē ca. xiiij. Panis stius. **egentium uita pauperis est: qui defraudat illum, homo sanguinis est.** Mart. lib. ij. Cum placeat Phileros tota tibi dote redēptus, Tris pateris natos Galla perire fame. **MACTASTI**. malo affecisti, ac necasti. Marcel. Maclare malo afficere signat. Plau. in Amphi. At ego certē cruce excruciatum maclabo: exi foras macligia. Idem alias significationes tradit. Ordo est, ipse eris huius tanti criminis reus.

QUOD SCVRRÆ, ET GVLOSI amici nō sunt.

Qui socius mensæ est, uerum ne reris amicum.

Tolle epulas, nosces quàm tibi fidus erat.

Qui

QVI. Nunquid eum qui mensæ, atq; epularum sodalis
est (rogat poëta) certū esse amicum arbitraris? aufer epulas,
Amicus intelliges quā fidus tibi erat. Ecclesiasticus c. v. i. Est autē
mēsæ, nō amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.
permane Martia. lib. i. x. Hunc quem coena tibi, quē mēsā parauit a-
bit in die micū, Esse putas fide pectus amicitiae: Aprū amat, & mu-
necessita- los, & semē, & ostrea, nō te. Tā bene si cenē, noster ami-
tis. cus erit. Scurra (ut Valla lib. iij. profitetur) est qui risum
Scurra. ab audiētibus captat, nō salua dignitate personæ. Parasitus,
Parasi- qui omnia ad uolūtātē eius loquitur, in cuius cōtubernio est,
tus. uētris gratia, quē summū bonū cōstituit. E P V L. id est, ciba
Epule. ria. Valla eodem lib. Epulæ numero pluratiuo, sunt cibi in
Epulum. nostrum usum comparati. Epulū uerò numero singulari, so-
lenniores quædam epulæ, utpote publicum conuiuū in de-
dicatione alicuius templi, siue in honorē deorū appositum.

QVI AMAT PERICVLVM,
in eo peribit.

Qui discrimen amat, persæpe peribit in illo:
In pugna miles, nauta peribit aqua.

QVI. In periculo uitæ qui uersari gaudet, percrebro in
eo ipso mortem oppetet (uaticinatur Michaël) Nā in præ-
lio miles, in aquarum tempestate occumbet nauta. Ecclesiast.
cap. iij. Cor durum habebit malē in nouissimo, & qui amat
periculum, in illo peribit. Ratio autem est quare homines ali-
peribit in quo huiuscemodi uitio laborent, quia (ut Proper. lib. iij. ait)
illo. Hic satis ad pacem, hic castrensibus utilis armis, Nature
sequitur munera quisque suæ. Hæc Proper. qui Meuaniensis
fuit. nam ex familia nautarum ortus est, ut quidam suspicati
sunt. Quare uersiculus ille, eiusdem libri erit: Et quauis
nō ita diues erat. ubi falsò quidā Nauta diues erat, legunt.

P V G

P V G N A. id est, bello, siue potius prælio. Valla quidem
lib. iij. ad hunc modum tradit: Bellum est, tum ipsa pugna,
tum totum tempus, quo in militia sumus, quam illiterati guer-
ram uocant. Prælium ipsum tantummodo armorum certa-
men. Nam & pugna, certamenq; etiam citra arma fit. Inter-
dum etiam fit nudis uerbis.

DE INCERTO EXITV.

Quū minimè uelles trūcabit stamina Clotho,
Nec quicquā extremo certius interitu est.

Q V V M. Quo tēpore minus quā alijs tēporibus pu-
taueris, ait Verinus, Clotho una Parcarū, stamina, hoc est,
uitæ tuæ cursum abrumpet: quia non quicquā certius morte
est, quæ uitæ terminos claudit. Eccl. cap. i. x. Nescit homo fi-
nem suū, sed sicut pisces capiūtur hamo, & aues laqueo com-
prehenduntur: sic capiūtur homines in tēpore malo, cum eis
extēplò superuenerit. Hor. lib. iij. car. Quī scis an adjiciant
hodierne crastina uitæ Tēpora dij superi? Propert. libr. ij.
Sic nobis, qui nunc magnū speramus amantes, Forsitan in-
cludet crastina fata dies. C L O T H O. id est, illa dea fatalis: Officia
& sunt tres, ut suprā quoq; tradidimus: Clotho, quæ colum Parcarū.
portat. Lachesis, quæ coli stamina necli. Atropos, quæ filū,
id est, uitā secat. ergo una pro altera ponitur. Iuu. sa. i. x. At
mea Clotho, & Lachesis gaudent, si pascitur inguine uēter.
Nent præterea stamina alba felicibus. Idē satyra xij. Pōst
quā Parcæ meliora benigna Pensa manu ducūt hilares, &
staminis albi. Nigra uerò infelicibus. Mart. lib. vi. Si mihi la-
nificæ ducūt non pulla sorores Stamina: nec sirdos uox ha-
bet ista deos. S T A. id est, fila, & à stando trahitur, quod eo
stamine cōstat in tela omne uelamentū: sicut subtegmen, au-
thore Ser. in lib. iij. Aene. filum est, quod inter stamen currit:

k

quod Persius tramam dixit: Mihi trama figuræ sit reliqua.

C O N T R A T A R D A N T E S

bene operari.

*Cras, inquis, faciam: concessa q; labitur hora:
Fac hodie: fugit hæc non reditura dies.*

C R A S. Crastino die, ais te aliquid facturū, & interea
abit hora, quæ tibi à Deo permittebatur. Verinus, fac hodie
monet, quia hæc dies fugit non amplius reuersura. q. d. hic
Quod= dies iam perierit, si crastinū expectes. Eccl. cap. i x. Quod=
cumq; p^o cumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec
test ma= opus, nec ratio, nec sapientia, nec sciētia erūt apud inferos,
nus tua: quò tu properas. Persi. sat. v. Cras hoc fiet, idē cras fiet, quid
instanter quasi magnū. Nempe diē donas, sed cum luxu altera uenit,
operare. Iam cras hesternū cōsumpsimus, ecce aliud cras. Egerit hos
annos, et semper paulū erit ultra. L A B. H O. Persi. eadē sat.
Viue memor lethi, fugit hora, hoc quod loquor inde est. FAC
H O. Martial. li. v. Cras uiues, hodie iā uiuere Posthume, se=
rū est. Ille sapit quisquis Posthume uixit heri. N O N R E D.
Ouidius libro iij. de arte amandi. Nec quæ præterijt cursu
reuocabitur unda: Nec quæ præterijt hora redire potest.

D E I N V I D I A.

*Inuidia est animæ tinea, hæc ceu uipera mor=
Authorisq; sui uiscera prima ferit.* (det,

I N V I. Definit poëta quid sit inuidia: Est (inquit) inuidia
tanquam animæ uermis, quæ tinea dicitur: hæc (subijcit) ue=
luti uipera mordet quos odit, & ipsius tamē inuidētis præ=
cordia prima ferit. Salo. Prouer. cap. xiiij. Vita carniū sa=
est oculus nitas cordis, putredo ostiū inuidia. Ecclesiasticus cap. xiiij.
liuidi. Nequam est oculus liuidi, & auertens faciem suam, & de=
spiciens

spiciēs animam suam. Verg. lib. iij. Geor. Inuidia infelix fu=
rias, annemq; seuerum Cocyti metuet: tortosq; Ixionis or=
bes, Immanēq; rotam, & non exuperabile saxum. Ouid. lib.
ij. Meta. Pallor in ore sedet, macies in corpore toto: Nusquā
recta acies, liuent rubigine dētes, Pectora felle uirent, lingua
est suffusa ueneno. Risus abest, nisi quem uisi fecere dolores.
T I N E A. id est, uermis quidam rodēs. Pli. lib. x i. Idem pul=
uis in lanis, & ueste tineas creat, præcipuē si araneus unā
includatur. Sitit enim, & omnem humorem absorbens, ari=
ditatē ampliat: hoc & in chartis nascitur. V I P E. id est, ser=
pens uenenum spargens. Plin. lib. viij. Serpentium uipera so=
la terra dicitur condi. & quæ de eius natura subscribuntur.

N O N A V D I E N D V S D E T R A C T O R.

*Qui detractori faciles accommodat aures,
Dat causam, & pariter criminis ille reus.*

Q V I. Maledico spontaneas qui applicat aures (asseue=
rat Verinus) detrahendi occasionem præbet, atq; eodē scele=
re ipse accusandus est. Vnde Salo. Prouer. cap. xxiiij. Time Detraçto
Dominum, fili mi, & regem, & detractoribus non commi=
scearis: quoniam repente consurget perditio eorum, & rui=
comiscea nam utriusq; quis nouit? Idē cap. x x i x. Princeps qui liben ris.
ter audit uerba mēdacij, omnes ministros habet impios. Do=
mitianus quoq; apud Sueto. Delatores qui non castigat, iri=
tat. D E T R A C. id est, alterius famæ derogatori. Marcel.
Detrahere est derogare. M. Tul. de signis: Et si quæritis ut
ipse de me detraham, illos ego accusatores puto. Detrahe=
re.

*Q V O D S C I M V S, D O C E R E D E B E M V S.
Edoceas quod scis, fit enim sapientia dando
Maior: at est contrà facta retenta minor.*

EDO. Interpretare alijs quod ipse scis (hortatur uates) omnis enim doctrina dum docetur efficitur uberior, sed uice uersa, abscondita, ac non exercita efficitur sterilior, & consenescent. Salomon Prouer. cap. x v. Labia sapientum disseminabunt scientiam. Cor stultorum dissimile erit. Eccle. cap. x x. Sapiētia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utrisq;? Salom. Prouer. cap. x. Labia iusti erudiuunt plurimos: qui autē indocti sunt, in cordis egestate moriētur.

SAP I. id est, rerum, ac disciplinarum peritia. Cicer. libr. ij. de Offi. Sapiētia autem est (ut à ueteribus doctoribus definitum est) rerum diuinarum, & humanarum, causarumq; quibus hæ res continentur, scientia. DANDO, id est, dū datur. Nam hæc gerundia tam accusatiui, quàm ablatiui, ab actiuis, ac passiuis, & quibusdam deponentibus, & communibus uenientia, quoties sine regimine absoluta ponūtur, passiuè significant, cū regimine uerò, actiue. Ser. in 1. Aeneidos commentario, Omnis autem gerundij modus, siue ab actiuo, siue à passiuo sit, simpliciter profertur: ut, Cantando tu illū.

Que supina, & que gerundia uocantur, utraque supini uocabulo comprehenduntur. id est, dum cantas. Et, frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. id est, dum cantatur. Aduertendum hoc loco gerundia, & que neoterici supina uocant, ambo uno uocabulo supina appellari, id est, mollia, & quasi distincta, quia neque certum habent numerum, neque personam, nec significatum. quod Diomedes ita commemorat: Participialis uerborū motus dictus est, quòd eiusmodi uerba sunt participijs similia, nec tamen participia sunt: ut legendi, do, dum: lectum, lectu. Hæc eadem sunt, inquit, quæ Probus supina appellat: & meritò, quoniã nec certum habent numerum, nec personam, nec significatum. Hæc Diomedis uerba satis sunt explicita, quò magis miror Antonium Nebrissensem, inter iuniores grammaticæ artis scriptores optimum doctorem, fateri se

non

non satis intelligere quid his uerbis Diomedes & Probus sibi uelint.

VIA COELI ASPERA,
infernī prona.

Itur ad æthereas per magna pericula sedes,
At nullo inferni prona labore uia est.

ITVR. Ad cœlestia regna per magna discrimina, magnosq; labores ascēditur, asseuerat Michaël, sed inferorum iter decliue, & absq; labore patet. Vnde Christus omnes labores pro nobis passus est, ut redimeret, atq; uiam cœli monstraret. Isaias cap. LIII. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et idem Salo. Prouer. cap. iij. Disciplinā Domini, fili mi, ne abijcias, nec deficias, quū ab eo corripieris. Quem enim diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Verg. quoq; lib. vi. Facilis descēsus Auerni: Noctes, atq; dies patet atri ianua ditis: Sed reuocare gradū, superasq; euadere ad auras, Hoc opus, hic labor est: pauci quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus. Dijs geniti potuere. ITVR. id est, ascēditur: & ex his est, quæ impersonalia, ut diximus, passiuæ uocis dictantur, quæ à neutris absolutis trahuntur, aut etiam quæ datiuis casibus coherent: ut Diomedes, & Phocas aiunt, transfigurantur, sed de his bis dictum est.

DE FOEDITATE PECCATI.

Si posses uitium quàm sit deforme uidere,
Hoc dices monstro fœdius esse nihil.

SI. Si tibi daretur, inquit Michaël, quàm turpe sit peccatum, ipsis oculis cernere, sine cōtrouersia diceres hoc monstro deformius esse nullū. quasi dicat, non etiã illa monstra,

k 3

Corpus
mortuum
propter
peccatū.

quæ à poëtis finguntur. Hoc autem ideo dictū est, quia peccatum sicut monstrū aliquod, aut sicut Catoblepas, siue Basiliscus corpus necat. Apost. ad Ro. cap. VIII. Corpus quidē mortuū est propter peccatū: spiritus uerò uiuit propter iustificationē. DEFOR. id est, deformatum. Verg. lib. VIII. Pedibusq; informe cadauer Protrahitur. Nam informe, & deforme quasi nō bene formatū. De, præpositio modò auget, ut deamo, demortuus: modò minuit, ut dedoceo, deforme, dedecus. HOC MONSTRO. id est, hac imagine deformatā. Monstrum, inquit Marcellus, dicitur horrenda magnitudo. Verg. Aene. lib. ij. Monstrum horrendum, informe, ingens.

DE PVLCHRITVDI-
ne uirtutis.

Flammiferis longè est uirtus formosior astris:
Hæc rebus cunctis anteferenda tibi est.

FLAMMIFERIS. Virtus multò formosior est, quàm ipsa micantia sydera, testatur poëta: hæc igitur cæteris quibusq; bonis anteposenda abs te est. Valerius Maximus lib. v. Magno ubiq; pretio uirtus æstimatur. Sallustius in Cati. Virtus clara, æternaq; habetur. Hæc Horatius libr. I. Epist. ita definit: Virtus est uitii fugere: & sapiētia prima Stultitia caruisse. ASTRIS. id est, stellis. Macrobius li. I. de somnio Scipionis: Sed sunt stellæ quidē singulares, ut erraticæ quinque, & cæteræ, quæ nō admittæ alijs sole feruntur. Sydera uerò quæ in aliquod signum stellarum pluriū compositione formantur: ut Aries, Taurus: ut Andromeda, Perseus, uel Corona: & quæcunq; uiarū genera formarū in cælum recepta creduntur. Sic & apud Græcos aster, & astrū, diuersa significat. Etenim aster, stella una est, & astron signum stellaris coactum, quod nos sydus uocamus. Valla cōfundi putat.

Sydera.

Aster.
Astrum.

QVI

QVI MEMINIT MORTIS, ET INFERNI,
facile à uitijs, & uoluptatibus abstinebit.
Is facile extinguet Veneris flagrantia tela:
Qui meminit gehēnæ, qui Phlegetōtis aquæ.

Is. Facile se ab ardētibus luxuriæ simulis ille cōtinebit (ait Michaël) qui Gehēnæ uallis, quæ p inferis ardētibus ponitur, & Phlegetōtis inferorū fluuij, quo damnati torquētur, habuerit memoriā. EXTIN. id est, mitigabit: metaphora, ab incēdio sumpta. GEHENNAE. id est, inferni ardētis: & collisionē fecit duas uocales in unā syllabā cōtrahēs. Est autē Gehēna (ut Hieronymus tradit) nomen propriū à saluatore nostro positum: erat enim uallis, in qua colebatur idolū Baal, ad radicem montis Mora, iuxta Ierusalem nemorosa, & plena delicijs: ibi populus Israël, relictis Dei tēplis, filios suos dæmonibus incendebat, ac sacrificabat: locus ipse Gehēnom, id est, uallis filiorū Ennō appellabatur: de qua illud Reg. lib. iij. cap. xiiij. scriptū est, Contaminauit quoq; Tophet, quod est in cōualle filij Ennō: ut nemo consecraret filiū suum, aut filiam per ignē. Moloch ponitur pro inferis, ubi noxij, ac peccatores igni torquētur. Mat. ca. vi. Expedit enim tibi, ut pereat unū membrorū tuorū, quàm totum corpus tuū mittatur in Gehēnā ignis. PHLEGETONTIS. id est, illius fluuij, flāmis rapidè fluētis: dictus est autē à phlego, quod est ardeo. Verg. lib. vi. Quæ rapidus flammis ambit torrētibus annis Tartareus Phlegetō. Seneca in Agamē. Hæc hodie ratis Phlegetontis atri regias animas uehet.

AD SIMONEM CANVSIANVM.

Te dare promittis, nec das mihi munera Simō:
Nil tibi debebo, si mihi sera dabis.

h 4

TE. O' Simō Canusiane polliceris te dare mihi munera,
nec tamen unquam das, inquit Verinus, quare si mihi tarda
munera dederis, & post longam expectationem, iam nihil
tibi debebo: quia me longa spe, magno affecisti tædio. Salo.
Spes quæ Prouer. cap. xiiij. Spes, quæ differtur, affligit animam, & li-
differtur gnum uitæ desiderium ueniens. Mart. libr. v. i. Mutua te cen-
affligit a- tum sestertia Phœbe rogauit, Cùm mihi dixisses: exigis ergo
nimam. nihil? Inquiris, dubitas, cunctaris, meq; diebus Teq; decem
crucias, iam rogo Phœbe nega. M V N E. id est, dona, qualia
sunt xenia. Paulus Iuriscon. Munus tribus modis dicitur:
Vno donum, & inde munera dicimus dari mittiue. Altero
onus, quod cùm remittitur, uacationem militiæ, munerisq;
præstat: inde immunitatē appellari constat. Tertio officium.
unde munera militaria, & quosdam milites munificos uoca-
mus: igitur municipes dicti, quòd munera ciuilia capiant.

M A G N I C I T I V S E T
facilius ruunt.

Quò magis est abies procera, euertitur Euris:
Culmina non ualles fulmina torta petunt.

Q V O'. Quantò altior assurgit arbor quæpiam, ueluti
est abies, testatur poëta, eradicatur uiolentia uenti cuiuspiã,
qualis est Euris: quia fulmina, inquit, coniecta loca excelsa,
non autem ualles, & loca ima feriunt: translatione autem po-
tentes designat. Claudianus libro primo: Iam non ad culmi-
na rerum Iniustos creuisse queror: tolluntur in altū, Vt la-
psu maiore ruant. Iuue. satyr. x. Ergo quid optandum foret
ignorasse fateris Seianum, nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poscebat opes: numerosa parabat Excelsæ turris
tabulata: unde altior esset Casus, & impulsæ præceps im-
mane ruine. **A B I E S.** arbor est montana, & glandifera,
sub

sub qua adolescentulum admodum Galmantica reuertentem
in monte Caluillo apud Vigueram, maternæ filiæ oppidum,
satis cum periculo errantem, ibi noctem unam, ululantibus
undiq; lupis, etiam horresco referens, me pernoctasse memi-
ni. Pl. lib. x v i. Abies è cunctis amplissima est, & fœmi-
na etiam proluxior, materia mollior, utiliorq;, arbore rotun-
dior, folio pinnato dēsa, ut imbres nō trāsmittat, ac hilarior
intuitu. P R O C E R A. id est, excelsa. Verg. in Bucō. Atque
solo proceras erigit alnos. E V R I S. id est, uētis: species pro-
genere. F V L. id est, uires ignitæ fulminum. Var. li. i. Ab eo
quòd ignis propter splendorem fulget, fulmen dictum est.

G L O R I A L I V O R E M P A R I T.

Quò maior ciuis, maior solet esse ruina,
Magnaq; liuorem gloria sæpe parit.

Q V O'. Quantò potentior ciuis quispiam existit (asseuerat
Verinus) tantò maius consuevit esse infortunium, & magna
fama inuidiam percrebrò contrahit. Seneca in Hercule Oe-
teo: Tu quicumq; es, qui sceptrā tenes, Licet omne tua uul-
gus in aula Centum pariter limina pulset, Cum tot populis Cū tot po-
uix una est fides. Iuue. satyr. x. Quosdam præcipitat subiecta pulis uix
potentia magnæ Inuidiæ mergit longa atq; insignis hono-
rū Pagina. L I V O. id est, inuidiam. Liwor uestigium est, & des.
nota quæ fit flagello. Ecclesiasticus ca. xxviiij. Flagelli pla-
ga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. Ve-
rùm quia idem color est inuido, pro inuidia sumitur. Luca.
lib. i. Phar. Liwor edax tibi cuncta negat.

Q. VI M A G N V S E S T, S E M P E R T I M E T.

Quantò maior eris, maiora pericla cauenda,
Crede mihi, nullo tempore tutus eris.

Pericu-
lum.

QVANTO. Quanto in maiori dignitate collocatus fueris, maiora quoque pericula fugienda abs te sunt (ait poeta) et crede mihi, in magna potentia euectus, nunquam insidijs carebis. PERI. id est, discrimina: et est syncopa. Marcel. Periculum est salutis discrimen. Luci. lib. xxx. Adde alios omnes meo periculo ex ordine. TV. id est, defensus, et insolitus: et passiuè significat. Valla lib. I. Tutus portus, tutus urbs, quæ tutatur alios, non quod ab alijs defendatur: tamen sepe passiuè in hominibus ponitur: ut Tutus sum ab hostibus: quod munitus, et sine periculo sim.

MVNERACITO ET LAETO ANIMO DANDA.

Munera des lætus: corrumpunt tædia donum.

In quo censendū est, quid nisi dantis amor?

MVNE. Ad liberalitatem hortatur. Munera, inquit Verinus, largiaris alacris: quia si cum tædio, et quasi inuitus dederis, illa tua tædia donū ipsum uilius reddūt: in quo quid iudicandū, nisi dantis beneuolentia est? q. d. nihil. Ecclesiast. dato hila capit. xxxv. In omni dato hilarem fac uultum tuū, et in rē fac uul. exultatione sanctifica decimas tuas. CORRVM. id est, uilius reddunt. Teren. in Adel. Pisces ex sentētia nactus sum: hi mihi ne corrūpātur, cautio est. DONVM. id est, munus, ut est xenium. Dona, scribit Marcel. consuetudine hæc habentur: quæ aut propitiandis dijs dātur, aut hominibus pro benefactis reddūtur. CENSEN. id est, putandū. Festus: Censere nunc significat putare, nunc suadere, nunc decernere.

Censere.

QVI CITO, ET TEMERE PROMITTIT, nusquam seruat fidem.

Qui citò, qui temere spōdet se multa daturū,
Quæ malè promisit, turpius illa negat.

QVI

QVI. Si quis derepente, et improvidè pollicetur se multa, et incredibilia largiturum, testatur uates, ea quæ improvidè promisit, turpius adhuc, et indecentius negare cogitur. Terent. in Andr. Imò id genus est hominum pessimum: in denegando, modò quæ pudor paululum adest: post ubi tempus promissa iam perfici, tunc necessariò se aperuunt, et timent: et tamen res cogit eos denegare. Ibi tum eorum impudentissima oratio est. Quis tu es? Quis mihi es? Cur meam tibi? heus proximus sum egomet mihi. At ubi fides est, si roges, Nihil illos pudet. Hic ubi opus est, non uerentur: illic nihil opus est, ibi uerentur. TEMERE. id est, temeriter. sicut Accius apud Marcel. Hoc in re est, quod tu tã temeriter meã beneuolentiam interijisse es ratus. SPONDET. id est pollicetur. Fe Spondes: Spondere putatur dictum, quod spōte sua, id est, uoluntate promittatur. PROMITTERE exponit Marcell. est polliceri. Vergil. Aenci. lib. ij. Promisi ultorem, et uerbis oedia aspera moui.

NEGARE IN PRINCIPIO, EST DARE beneficium si bene negetur.

Qui citò, qui bellè negat, is tribuisse uidetur
Munera: nam semper est odiosa mora.

QVI. Qui statim à principio, et prudenter negat (existimat poeta) is quidem, eo quod citò, et prudenter negat, uidetur quodam modo dedisse munera: dat enim quod in se est, quod est citò negare: nec amicū lōga expectatione delassat: quia tædiosa est omni tempore dilatio. Salomon Proverb. capit. iij. Nec dicas amico tuo, uade, et reuertere, et Ne dicas cras dabo tibi, cum statim possis dare. Mar. libro vij. Priamum est, ut præstes, si quid te Cinna rogabo: Illud dein cras dade sequens, ut citò Cinna neges. Diligo præstantem: non odi bo tibi.
Cinn

Cinna negantem: Sed tu nec præstas, nec citò Cinna negas.
 BELLE. id est, prudenter. Persi. saty. 1. Sed recti finemq;
 extremumq; esse recuso Euge tuum, & belle: nam belle hoc
 excute totum, Quid non intus habet? O D I O. id est, tædio=
 sa. Teren. in Eunu. Odiosa, cessas?

NON EST SERVANDA
 fides in rebus malis.

Turpiter Aegidæ Neptunus munera soluit:
 In malè promissis reijci enda fides.

TURP. Censet Verinus fide in rebus illicitis datam seruari non oportere: quia sit contra officium. Sensus est: Neptunus maris Deus inhonestè, ac fœdè Theseo Athenarum regi, Aegei atq; Aethræ filio, et nepoti suo munera nefaria, quæ promiserat, soluit. Quòd in perperâ promissis fides repudianda, non autem seruanda est. Cic. libro 1. de Offic. Quæq; pertinent ad ueritatem, & ad fidem ea negare interdum, & non seruare sit iustum. Et Codice libro v. ita cauetur: Quia legibus expressum est, illicitæ rei iuramentum seruari non oportere, & pœna periurij (si qua est) in eum, qui exigit, conuertenda est. Fabula autem hoc continet: Theseus Aegei & Aethræ filius ab auo Neptuno Aegei patre tria optata poposcit, atq; impetrauit. Primum, ut Labyrinthi resolutis ambagibus Minotaurum superaret. Secundum, ut descensus daretur ad inferos. Tertium, fuit hoc, ut Hippolytus filius, quem ex Hippolyte nobilissima (ut supra meminimus) Amazone susceperat, à Phædra nouerca falsò accusatus, quòd se de stupro interpellasset, discerperetur. Nam re uera ipse eam amantem, suiq; copiam satis impudenter facientem, spreuerat, quod Neptunus & si promississet, quia contra officium, id est, seruauit indecenter. Is enim, uel (ut Seruius

uius nescio quare contra Ciceronem præsertim in septimo Aeneid. commentario uoluit) Aegeus agitantem currum in litore, Hippolyto phocæ marinū mōstrū immisit: qua equi terri eum traxerūt. Cic. supra memorato li. Nā si (ut in fabulis est) Neptunus quod Theseo promiserat, non fecisset, Theseus filio Hippolyto non esset orbatus. Ex tribus enim optatis (ut scribitur) hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optauit, quo impetrato in maximos luctus incidit. AEGEUS. id est, Theseo Aegei filio: est patronymicum, secundum formam Græcam: a nominibus patrum, id nomen deriuatur. Prif. lib. ij. hoc quoq; addit: Et hac forma poëtæ maxime solent uti: pro qua Romani cognominibus familiaribus utuntur: ut Cornelij, Marcelli. Omnes enim ab illo, qui primus Cornelius, & primus Marcellus uocatus est, hoc nomen habuerunt, quicumque eiusdem familiæ sunt. REIJCIENDA, id est, repudianda. Sanè reijcio modo proaucit primam. Papi. lib. v. 1. Theba. Et patria uigil arte Lacon hos reijcit ictus. modo breuiat. Idem lib. iij. Tela manu reijcitq; canes. Vnde quidam critici quoties producit, genuino ij, quoties autem breuiat, unico censent scribendum.

AD AVARVM.

Vestibus innumeris desudas: horret egenus
 Frigore, cur inopem, teq; calore necas?

VESTI. O auare (exclamat Michaël) tu intra multiplices uestes exæstuas, & exureris: sed pauper nudus contremiscit. Quare obsecro egenum frigoris uiolentia, te uerò caloris molestia ad mortem usque defatigas? Tobias c. iij. Ex substantia tua fac eleemosynam: & noli auertere faciē stātia tuā ab ullo paupere. Ita enim fiet, ut nec à te auertatur facies fac eleemosynā. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum mosynā.

tibi

tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Mar. lib. VI. in Bacch. Quid fecere mali nostratibi seua lacernæ, Tollere de scapulis quas leuis aura potest? DESV. id est, sudando laboras. Hieronymus in epistol. ad Chromacium & Heliodorum episcopos de libris Sal. Mittitis solatia sumptuum, notarios nostros, & librarios sustentatis, ut uobis potissimum nostrum desudet ingenium. HORRET. id est, frigore contremiscit. Iuue. saty. I. Et horrenti tunicam non reddere seruo. INOPS. id est, egentem. Marcel. Inops sine ope, & auxilio. Ver. lib. I. Geor. Atq; inopi metuens formica senectæ.

CVI PLUS DEVS DEDERIT, PLURA requiret.
Cui bona multa Deus concessit, plura requiret:

Ni dispensarit quas bene cepit opes.

CVI. Is cui benignus multa bona externa annuit Deus (testatur Michaël) plura insatiabiliter queritabit: nisi facultates, quas abundè accepit, dederit pauperibus, & mendicis distribuerit. Eccles. cap. V. Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Gel. li. I. Verum est profectò, quod obseruatio rerum usu sapientia. Auarus non implebitur pecunia. tes uiri dixere, multis egere qui multa habeat: magnâq; indigentia nasci non ex inopia magna, sed magna copia: multa enim dispensa desiderari ad multa quæ habeas tuenda. DISPENSARE, re. pprie est æs pensando expèdere, ac distribuere. Festus enim Dispensatores. ita scribit: Dispensatores dicti sunt, qui æs pensantes expensabant, non annumerabant. Pro distribuo accepit Iuue. saty. Iij. Vel breue lumen Candellæ, cuius dispenso, & tēpero filamentum. DEVS (scribit idem) dictus est, quod ei nihil desit, uel quia omnia cōmoda hominibus dat: siue à Græco *θεός*, quod sign

significat metum, eo quod hominibus metuitur: sed magis cōstat id uocabulum ex Græco *θεός* esse dictum, aspiratione dempta, qui mos antiquis nostris frequens erat.

NON EST TUTVM SPRE-
tis suis credere se alienis.

Non est tuta salus alienis credita telis:

Venales mutat quælibet aura manus.

NON. Vita non est defensa, & secuta, si alienorum sit credita armis, & non nostris tam cognatis, quam amicis, ait poëta: quoniam quicumq; uentulus, hoc est, quantumuis minima adhortatio, & impulsio alicuius, qui nobis est hostis, impellit, et cogit manus uenales: hoc est eius, qui est à nobis alienus, cuius manus solent esse uenales: ita ut parua pecunia nos prodant hosti. Ecclesi. ca. IX. Longè abesto ab homine *Lōge abesto ab* potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorem *esto ab* mortis. Sallu. in Cati. Nam in fuga salutem sperare, cum arma, quibus corpus tegitur, ab hoste auerteris, ea uerò demen *habente* tia est. TELIS. id est, iaculis. Marcel. Tela etiā lapides dici *occidēdi.* posse auctoritas docuit, & omnia quæcūq; iaciuntur. Sisenna in iij. historiarum: Manuales lapides dispertit, propterea quod is ager eiusmodi telis indigebat. VENA. id est, quæ uēditur: & habet primā syllabā pductā, quoniā à ueneo trahitur. Iuue. sat. Iij. Et præbere caput domina uenale sub hasta.

IUSTITIA, ET CHARITAS
sunt arma tuta principum.

Iustitia, & charitas dilecti principis arces:

Hæc sunt arma, quibus nulla nocere queunt.

IUSTI. Iustitia, & beneuolentia sunt tanquā ualidissimæ principis à populo amati turres (testatur uates) & hæc duo sunt

sunt arma, quibus nulla alia tela obesse queunt. unde illud præclare scriptum est Sapientiæ cap. i. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Cice. li. iij. de Offic. Hæc enim una uirtus omnium est domina, & regina uirtutum. Cyrus Persarum rex apud Xenophontem lib. viij. Bonus princeps est

princeps hominibus lex uidens, quoniam satis est qui & moderetur, lex uideat, puniatq; delinquentem. Apost. ad Cor. i. c. viij. Scientia inflat: charitas ædificat. Cic. lib. ij. de Offic. Malus enim est custos diurnitatis metus. Contraq; beneuolentia fidelis est, uel ad perpetuitatem. **CHAR.** id est, amor: & cū aspiratione scribitur: Caritas uerò pro penuria sine aspiratione: & illud primam producit, hoc breuiat eandem. **A. R.** id est, tela. **Festus:** Arma proprie dicuntur ab armis, id est, humeris dependētia, ut scutum, gladius, pugio, sica, & ea, quibus procul præliantur tela. Hæc Festus.

QVI DAT INOPI SVA, NVNQVAM erit pauper.
Qui bene diuitias inopi donabit amico,
Hic omni fœlix tempore diues erit.

QVI. Qui facultates pauperi amico liberaliter erogabit (asseuerat Michaël) huiuscemodi uir locuples omnino fortunatus erit. Salom. Prouerb. cap. iij. Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus: & implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia redundabunt. Ordo est: Hic diues erit omnino tempore fœlix: atq; ita diues substantiuum est, fœlix uerò adiectiuum: ne incipiāt esse duo epitheta: quod apud Latinos constat esse uitiosum: ut Serui. in illud Vergil. lib. iij. Georg. Et tenuis fugiens per gramina riuus. diligenter exposuit. **AMICO.** id est, necessario. Paulus Iuricons. Amicos appellare omnes debemus, non leui notitia coniunctos.

Velox

VELOX PASSVS SINE CAUSA, SIGNVM LEUITATIS.

Incessus uelox, signum leuitatis habetur:
Ni causa impellat præcipitare moras.

INCESS. Rapida, leuisq; pedum appropcratio, indicium stultæ mobilitatis existimatur, ait pœta, præterquā (inquit) Contra si causa aliqua, & ratio omnes dilationes festinare cogat. Cicero = Sall. in Cic. Imò uerò homo leuissimus, supplex inimicis, nem. amicis contumeliosus, modò harum, modò illarū partiū: fidus nemini, leuissimus senator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis à turpitudine uacat, lingua uana, manus rapacissimæ, gula immensa, pedes fugaces. Idem aliquātò inferuus de eodem: Aliud stans, aliud sedens sentis de Rep. his maledicis, illos odisti leuissime transfuga, neq; in hac, neque in illa parte fidem habens. **SIG.** id est, significatio, siue æstignatio. Marcel. scribit: Signare, id est, designare. Luc. libro xxxviij. Si Socrates in amore, et in adolefcētulis meliore paulò facie signat, nihilq; amaret. Signū etiam syderum significat. Varro lib. ij. Signa dicuntur eadem & sydera. Signa quòd aliquid significant: ut Libra æquinoctium: sydera quæ insidantur: atq; ita significant aliquid in terris perurēdo, aliūcū. Quare ut signum cadens in pectore, quod est terrarum anfractarum uisum. **CAV.** id est, ratio. unde est causari, ut idē tradit, causam dicere, uel defendere, & significat authore Valla lib. v. causari causam rei gestæ afferre, neq; alterius quam deponentis generis est: neq; causo, as, Latine dicitur.

Signare.

Signum.

PVERI, ET IUVENES NON
debent maledicere senibus.

Ne fœua in canos iuuenis conuicia fundas:
Sed sede assurgens prætereunte sene.

l

N E. O' adolescentule (monet Veri.) nullo modo contra
 etate grandiores aspera opprobria loquaris, imò in honorẽ
 eius assurge, locum ei cedens, dum ante conspectum tuũ se-
 nex transit. Hinc Verg. in Buc. Tu maior, tibi me est æquum
 parere Menalea. Sed illud magis ad hũc locum spectat quod
 Iust. lib. iij. de Lycurgo Spartanorum legislatore, ita repe-
 tit: Maximum honorem non diuitem, & potentum: sed pro
 gradu etatis senum esse uoluit. Nec sanẽ usquã in terrarũ lo-
 cum honoratiorem senectus habet. I N C A. id est, in senem,
 cui cani sunt: & pars pro toto sumitur, uel contentum pro
 continenti: sed melius pars pro toto. C O N V I. id est, uitupe-
 ria. Marcel. Conuicium dictũ est quasi uitij locũ, qui secun-
 dũ ignobilitatem loci maledictis, & dictis turpibus cauille-
 tur. A S S V R. id est, in honorẽ eius te erigens. Vall. libro v.
 Assurgũt sani ut stent, aut obuiã eant: assurgũt a groti, ut se-
 deant, aut ut cubito innitantur, utroq; modo in alterius hono-
 rem, aut officij, aut beneuolentiã hoc agẽs, ideoq; ferẽ adiun-
 gitur datiuus: ut aduenienti magistratui omnes assurgimus.

A' P R I M A A E T A T E D O -
 cendi sunt pueri.

Vera tuis ut sit, si uis, sapientia canis:

Cum primo hanc sitiens ebibe lacte puer.

V E R A. Si cupis ut definita, & certa rerum, ac doctrina-
 rum peritia senectuti tuæ acquiratur, monet poëta, fac ut cu-
 tute exci- pidus, & tanquam sitibundus eam cum primo lacte ab in-
 pe doctri- fantia statim epotes. Eccl. cap. v i. Fili, à iuuentute tua ex-
 nam. cipe doctrinam, & usq; ad canos inuenies sapientiam. Vnde
 Quint. lib. i. Non excludo autem id, quod est notandũ: iri-
 tandẽ ad addiscendum infantie gratia eburneas etiam lite-
 rarum formas in lusum offerre, uel si quid aliud, quo magis
 illa

illa etas gaudeat, inueniri potest. quod tractare, intueri, no-
 minare, iucũdũ sit: nõ excludo, inquit, imò præcipio. S A P.
 id est, rerũ peritia, ac doctrinarũ. Et huius nominis signifi-
 catio latissimẽ quidẽ patet, sicut & sapiẽtis. Idẽ paulò supe-
 rius: Sed non ideo minus nobis ad summa tẽdenã est, quod
 fecerũt pleriq; ueterũ: qui & si nondũ quenquã sapientem
 repertũ putabãt, præcepta tamẽ sapientiẽ tradiderũt. C V M
 L A C. id est, cum recenti uberum matris liquore, ac pabulo.

V N D E S E N A T V S D I C T V S.

A' senibus prisca sanctum dixere senatum:

Astrobur iuuenum, consiliũq; senum.

A' S E N I. Senatum à senibus, inquit Veri. maiores nostri
 per etymologiam appellarunt. nam in omni Republica uirũ
 fortitudo est iuniorũ, sicut maturitas cõsiliõũ est seniorum.
 Cice. de Senec. Nec saltu, nec eminus hastis, aut cominus gla-
 dijs uterentur: sed cõsilio, ratione, sententia: quæ nisi essent
 in senibus, non summũ consiliũ maiores nostri appellaissent
 senatũ. Sall. in Cati. Delecti, quibus corpus annis infirmum,
 ingenium sapientia ualidũ erat, Reipublicæ consultabant: hi
 uel etate, uel curæ similitudine, patres appellabãtur. P R I S.
 id est, ueteres. Vall. li. iij. Prisca quæ superioribus seculis, Patres.
 aut superiore etate: ut prisca Latini, Priscus Tarquinius, pri- Prisca.
 sca tempora. Pristina, quæ fuerunt superioribus annis, men- Pristina.
 sibus, diebus: & quæ nostra memoria fuerunt: ut pristina
 nostra amicitia, pristina beneficia nostra. S A N C. id est, iu-
 stum. R O B V R. id est, fortitudo.

D E S E N V M P R V D E N T I A.

A' sene consilium quæras, prudentia rerum

Est illis, sine qua curia quæque perit.

Non te prætereat narratio seniorum.
 A SEN. *Requiras à seniore consilium* (hortatur poëta) quia negotiorū prouidētia in illis inest: sine qua senatus quilibet in perditionē cadit. Eccl. cap. viij. Nō te prætereat narratio seniorū: ipsi enim didicerūt à patribus suis. Quoniam ab ipsis discēs intellectū, & in tēpore necessitatis dabis responsū. Et illud Horatij lib. iij. car. *Vis cōsilij expers mole ruit sua.* C V R I A. id est, senatus, curās Rempub. Var. lib. ij. Curia ubi senatus Rempublicā curat: & etiam curia dicitur ubi cura sacrorū publica. Q V A E Q V E. id est, cuiusuis urbis.

S I G N V M R V I N A E G V -
 bernatio iuuenum.

Vrbes, regna, domos iuuenum quas rexerit ar
 Sint quāquā fortes, certa ruina manet. (dor:

Væ tibi terra, cuius rex est puer.
 V R B. Ineuitabilis euersio, & abolitio eas urbes, aut regna, aut familiās expectat, testatur uates, quas iuuenū immaturo consilium gubernauerit, quanuis sint fortes, & ualida. Eccles. cap. x. *Væ tibi terra, cuius rex est puer, & cuius principes manē comedūt.* Beata terra, cuius rex nobilis est, cuius principes uescuntur in tempore suo ad reficiēdum, & non ad luxuriam. Pers. Sat. iij. Scilicet ingenium & rerum prudentia uelox Ante pilos uenit, dicenda, tacendaq; calles. V R B. id est, ciuitates, & oppida. Pōponius Iurisc. Vrbs ab urbo appellata est: urbare est aratro definire: & Varro ait urbem appellari curuaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet. A R D. id est, immatura moderatio. R V I. id est, abolitio & euersio. M A N. id est, expectat, & imminet. Marcel. Manere, imminere, futurū esse. Vergil. libr. vij. Te Turne nefas, te triste manebit Supplicium. Manet absolutū, id est, inheret, & fixum est. Vergilius libro primo Aenei. Manet alta mente repositum Iudicium Paridis.

Q V I

Q V I D S I T L E X E T I V S T I T I A .

Vis legis prohibere malum est, permittere honestitiae est sepe ius dare cuiq; suū. (nestū:

V I S. Virtus, & potestas legis est uetare illicitū, & permittere honestum, ait poëta, deniq; iustitiae interest unicuiq; suam semper tribuere actionem, & aequitatem. Papinianus Iurisc. Lex est commune præceptum, uirorum prudentium consultum, delictorum quæ sponte, uel ignorantia contrahuntur, coëctio, cōmunis Reipublicæ sponso. Vlpianus li. i. Dige. Iuris præcepta sunt hæc, honeste uiuere, alterū non ledere, ius suum cuiq; tribuere. V I S L E. P R O H I. E S T. hæc elocutio similis est illi, quam Valla libro i. exempli gratia ponit: Optima res est agricolare: ubi non nisi in alio sensu diceretur: Optima res est agricolandi. P E R M. id est, concedere. I V S T. id est, aequitatis. Idem Vlpianus ibidem: Iustitia est constans, & perpetua uoluntas, ius suum unicuiq; tribuens. I V S S V V M. id est, actionē, quam erga rem quilibet inuenitur habere. Aliās Vlpia. eod. libro item memorat: Nam, ut elegāter Celsus definit, Ius est ars boni, & æquis cuius merito quis nos sacerdotes appellat.

Q V I C I T O C R E D I T ,
 leuis est cordis.

Qui citò crediderit, falletur sæpe, leuisq;
 Est cordis: rarò fallitur ipse senex.

Q V I. Qui sine mora cuius nuntio habebit fidem, asseuerat Verinus, sæpenuero decipietur, leuisq;, atq; inconstans est animi: sed rarò decipietur is, qui senex est, quasi dicat, quia nouit cui debeat credere. Ecclesiasticus cap. xix. Qui credit citò, leuis corde est, & minorabitur: & qui de-

Qui cre-

1 3

dit citò, *linquit in animam suam in super habebit. Vergilius in Bucol.*
 leuis est *Sed non ego credulus illis. C O R. id est, mentis. Sanè cor*
 corde. *unum est ex uisceribus, in quo secundum Plin. habitat mens.*
Plinius libro ix. Cor animalibus cæteris in medio pectore
est: homini tantum infra læuam papillam turbinato mucrone
in priora eminens: piscibus solis ad os spectat. Hoc primum
nascentibus formari in utero tradunt: deinde cerebrum, si-
cut tardissime oculos. Sed hos primum mori: cor nouissimè.
Huic præcipuus calor. Palpitat certè, & quasi alterum mo-
uetur animal. Intra præmolli, firmoq; opertum membranæ
inuolucro, munitum costarum & pectoris muro, ut pateat
præcipuam uitæ causam esse, & originem. Prima domicilia
intra se animo, & sanguini præbet, sinuoso specu: & in ma-
gnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Ibi mens ha-
bitat.

TURPIVS EST FOEDARI ANI-
mo, quàm turpari corpore.

Fœdius est animi uitijs corrumpere lucem,
Corpora quàm turpi commaculare nota.

FOE. Turpius est animi scelcribus uitam contaminare,
 testatur Michaël, quàm corpora, siue corporum uestimen=
 De corde ta sordida macula deturpare. *Matt. cap. x v. De corde enim*
 exeūt co exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicatio=
 gitatio= nes, furta, falsa testimonia, blasphemie. Hæc sunt quæ coim=
 nes ma= quinant hominem. Non lotis autem manibus manducare nõ
 le. coimquinant hominem. *Hora. libr. i. epistol. Sed uidet hunc*
omnis domus, & uicinia tota Introrsum turpem, speciosum
pelle decora. L V C E M. id est, uitam: & paradisi uitam intel
ligit. N O T A. id est, macula, & sorde.

IN

INIVSTITIA RVINA VRBIVM.

Nil iniustitia miseræ est infestius urbi:

Funditus hæc muros, uertit & ipsa domos.

NIL. Nulla perniciës miserandæ ciuitati nocentior est
 ipsa iniustitia, & uiolato iure, inquit uates: quia hæc urbis
 muros, atque eadem ipsa ciuitatis domos à fundamentis usq;
 diripit, ac destruit. *Ecclesi. ca. x. Regnum à gente in gentem*
transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias,
ac diuersos dolos. Cic. lib. i. de Offi. Fundamentum est enim
perpetuæ comédationis, & famæ iustitia, sine qua nihil po-
test esse laudabile. NIL. id est, nulla perniciës, & producit
l. finalem, quod usitatum est. I N F E. nocētius, & molestius.
MISE. id est, miserandæ. **FVN.** id est, à sedibus suis. **VER.**
 id est, euertit, & eruit. *Verg. lib. iij. Aene. Priamiq; euertire*
gentem Immeritam uisum superis.

DISCORDIA RES
omnes euertit.

Nil adeò est firmū, quod non discordia uellat:

Funditus hæc muros, uertit & illa domos.

NIL. Nullum robur adeò est ualidū (ait Verinus) quod
 discordia non eradicet, & expugnet: hæc, sicut & iniusti=
 tia, moenia alicuius urbis, et domos à sedibus suis eruit. *Mat*
thæi cap. xij. Omne regnū diuisum cōtra se desolabitur: & Omne rē
omnis ciuitas, uel domus diuisa cōtra se non stabit. Sall. Nā gnū in se
concordia parue res crescunt, discordia maximæ dilabun= diuisum
tur. ADEO. id est intantū, quia sequitur quòd pro ut: ita enim desolabi=
significat. Valla lib. ij. Adeò exponūt pro ualde, ut Terent. tur.
Iuuenem adeò nobile. Significat etiam intantum sequēte ut.
Quintil. Nusquam adeò pro nobis sollicita lex est, ut quod

I 4

præstat, extorqueat. HÆC MVROS VERT. ET IL-
LA DOMOS. Hic locus distinguendus est huiuscemodi or-
dine: hæc, id est, una discordia uertit muros: & illa, id est,
altera discordia uertit domos. Iuuenalis Satyra 1. Impune
ergo mihi recitauerit ille togatas, Hic elegos. Valla item li-
bro secundo ita discernit: Nam de me loquens dicere debeo
hoc caput, hæc manus, hæc ciuitas: de te uerò, istud caput,
Iste ista manus, ista ciuitas. De tertiâ autem persona illud caput,
Ille illa manus, illa ciuitas.

QVALIS SIT PRIN-
ceps Reipublicæ.

Publica priuatis nisi præferat omnia rector:
De iusto iniustus, rege tyrannus erit.

OFFICIA P R E F E C T O R U M R E I P U B L I C E .
P V B L I C A . Gubernator Reipublicæ nisi omnia nego-
tia, & commoda publica suis rebus, quas priuatè sibi possi-
det, libenter anteponat (inquit uates) de iusto principe, qui
esse debebat, iniquus tyrannus erit. Luc. lib. ij. Phar. de Ca-
tone: Inuenit in somni uoluentem publica cura Fata uirum,
casusq; urbis, cunctisq; timetem, Securumq; sui. Cice. lib. i.
de offi. Omnino qui Reipublic. præfuturi sunt, duo Platonis
præcepta teneant: unum ut utilitatem ciuium sic tueantur, ut
quicquid agunt, ad eam referant, obliui commodorum suo-
rum. Alterû, ut totû corpus Reipublicæ curèt: ne dum par-
tem aliquâ tuentur, reliquas deserant. Idem in lib. de Amici-
tia: Hæc est tyrannorum uita, nimirum in qua nulla fides,
nulla charitas, nulla stabilis beneuolentiæ potest esse fiducia,
omnia semper suspecta, atque sollicita sunt: nullus locus est
amicitiæ. P V B L I . id est, toti Reipublicæ cõmunia. P R I . id
est, suis proprijs. Hor. in arte poëtica: Publica priuatis secer-
nere, sacra profanis. R E C T O R . id est, regnator, siue gu-
ber

bernator. TYRAN. id est, princeps uiolentus.

IN COELO VERA AMICITIA.

Si nihil in terra casto perhibetur amore
Dulcius, in cælo, qualis amicitia?

S I . Si nihil quantumuis pretiosum in hoc mundo dicitur
esse iucundius pudico amicitia uinculo, & coniunctione
huiusmodi amico, rogat Veri. quæ amicitia esse in cælo exi-
stimari debet? q. d. longè iucundior. Cice. in lib. de Amicitia:
Solem enim è mundo tollere uideatur, qui amicitiam è uita tol-
lunt: qua à dijs immortalibus nihil melius habemus, nihil in mûdo tol-
cundius. I N T E R R A . id est, in hoc mundo. Matt. v. 1. No lere uidē
lite thesaurizare thesauros in terra. Q V A L I S . quasi dicat, tur, qui
longè iucundior: & est argumentum à minori ad maius. amicitia
tollunt.

NON BENE PHILOSOPHIAE,
& coniugio uacatur.

Non bene Socraticis chartis, thalamoq; uaca-
bis.

Nūquid erit Veneris casta Minerua comes?
N O N . Nullo modo philosophiæ studijs, quorum Socra-
tes fuit maximus author, & turpibus sceminarum concubi-
tibus rectè operam dabis, testatur Michaël: quia dic mihi,
an Minerua dea uirginitatis, & castitatis, rogat, erit socia
Veneris? quasi dicat, non potest fieri. S O C R A . C H A R .
id est, studijs philosophiæ moralis. Socrates Atheniensis
(ut apud Cice. memini legere) primus è cælo in terrâ philo-
sophiam, uidelicet moralē, euocauit: primus item de bonis,
malisq; moribus cœpit disputare. Idē cœlestia parum huma-
nis cõmodis conferre dicebat. Quare cum superiores philo-
sophi solam naturalem philosophiam rimarentur, ipse mo-
1 5

ralem celebravit. Neque quicquā scripsit: uerum in Platone, atq; Xenophonte discipulis, summa eloquētia uiris, hanc disciplinam reliquit. Quare Vale. Maxi. lib. vij. cap. ij. Socratem humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestrē oraculū appellat. THAL. id est, toro connubiali: & intelligit de impudicis coniugatis, ut supra accuratius exposuimus. VACA. id est, operam dabis. VENERIS. id est, illius deæ, quæ mater est Amoris: ut alibi traditū est. CAST. Miner. illa sapientiæ dea, cui pueri, & uirgines, quia putabatur firre opē, si quis bonas artes sectabatur, sacrificabāt. Iuena. saty. x. Eloquiū, ac famā Demosthenis, aut Ciceronis Incipit optare, et totis quinquatribus optat, Quisquis adhuc uno partam colit asse Mimeruam. Huius initio quoq; habita est mentio.

SENECTVS BONIS IVCVNDa est, malis morosa.

Quæ caruit uitijis dulcis solet esse senectus:
Contra morosa est, quæ uitiosa fuit.

QUAE. Senectus, quæ ab adolescentia uitijis libera extitit, assuevit poëta, iucunda esse cōsuevit: sed uiceuersa, senectus, quæ à tenera ætate uitijis implicata extitit, nimis exactorum, & ob eam causam fastidiosorum morum est. Eccl. capi. i. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiā, & gaudiū in longitudinē dierū. Cic. in li. de sene. Quid enim est iucūdius senectute stipata studijs iuuentutis? Idem paulò inferius: Nec ulli bonarū artū magistri nō beati putādi: quāuis consenuerint uires, atq; defecerint: & si ista ipsa defectio uirum adolescentiæ uitijis efficitur sapius, quā senectutis. Libidiosa etenim, & intemperata adolescentia effæctū corpus tradit senectuti. MOROSA. id est, nimis exactorū, atq; ad unguē factorū, atq; ideo fastidiosorū morū. Cice. etiā de senec.

Timor do
mini dele
ctabit
cor,

nec. At sunt morosi, & anxij, & iracundi, & difficiles se- Senes mo-
nes (si querimus) etiam auari: sed hæc morum uitia sunt, nō rosi, an-
senectutis. Valla libro i. Morosus à more uenit, non à mora. xij, iracū
Primam enim habet longam, ut mos moris: significat eum, di, diffici
qui nimis exacte, nimisq; ad unguem fieri omnia postulat, les, & a-
ut aliquādo ob id malignetur, atq; irascatur: ut Suet. de Cæuari sunt.
sare: Circa corporis curam morosior, ut non solum tondere
tur diligenter, sed etiam uelleretur.

VITIA ALIENA INQVIRI-
mus, nostra non cernimus.

Esse quid hoc dicam? alterius si crimina lyncis
Aspicias, at cæcis si tua luminibus.

ESSE. Quam stultitiā dicam esse hanc (scitatur poëta)
si alterius delicta oculis lyncis quadrupedis clarissimè cer-
nentis animaduertis, & si peccata tua cæcis uiceuersa ocu-
lis cernis? Cice. lib. iij. Tusc. quæst. Est enim proprium stul Propriū
titiæ aliorū uitia cernere, obliuisci suorum. Hor. lib. primo stultitiæ
Ser. Quū tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur in aliorum
amicorū uitijis tam cernis acutū, Quam aut aquila, aut ser- uitia cer-
pens Epidaurius: at tibi contra Euenit, inquirāt uitia ut tua nere, &
rursus & illi. LYNCS. id est, quadrupedis illius clarissimè suorum
cernentis. Pl. lib. vij. Lynxas uulgò frequentes, & sphin- obliuisci.
gas fusco pilo, mammis in pectore geminis Aethiopia gene-
rat: multaq; alia monstra similia. Idem lib. xxvij. Peregri-
næ sunt & lynces, quæ clarissimè omniū quadrupedū cer-
nunt. CAECIS. quasi dicat, oculis talpæ, quæ cæca, aut po-
tius, ut Arist. lib. primo de animalibus tradit, omnino sine
oculis est. Ita enim melior est intellectus, ut animal compare-
tur animali. Assumpsit autem poëta hemistichium ex Mar-
tia. v. Esse quid hoc dicam, uiuus quod fama negatur.

QVOD

QVOD ALIENA, QVAM
nostra, fertilia uidentur.

Quisq; suam deflet sortem: uicinaq; semper
Apparet falso lætior esse seges.

QVISQ. Quiuis nō contētus, suam luget, ac lacryma-
tur fortunam, ait Verimus, & uicina, ac propinqua, siue cō-
tigua proximi agri terra, siue messis semper falso uidetur esse
fertilior, ac feracior. Iuuen. sat. xliij. Maior quæq; uide-
tur, Et melior uicina seges. & Ouid. lib. i. de arte: Fertilior
seges est alienis semper in agris: Vicinumq; pecus grandius
uber habet. Neminem non deflere suā sortē ait Hora. quoq;
lib. i. Ser. Qui fit Meccenas, ut nemo quam sibi sortem seu
ratio dederit, seu fors obiecerit, illa Cōtētus uiuat. SOR. id
est, euentū. Festus: Sors, & patrimonium significat, unde con-
sortes dicimus: & Dei respōsum, & qd' cuiq; accidit in for-
tūdo: ergo in hac nouissima significatiōe accipit. SEG. id est,
terra, siue messis ibi nata. Var. li. i. Seges (inquit) à satū, id est,
semine: & utrāq; significatiōem habet. Nā Marcel. præter
illa quæ de posteriore significatiōe suprā allegauimus, hoc
subiūgit: Segetē terrā dicimus. Tul. in Hortēsiō: Ut enim sege-
tes agricolæ subigūt aratris multō antequā serāt. LAETI.
id est, pinguior. Verg. li. i. Geor. Quid faciat lætas segetes.

MVTATIO CONSILII
optimus portus.

Errare est hominis, sed non persistere: sæpe
Optimus est portus uertere consilium.

ERRA. In errorē, ac peccatum aliquādo labi, hominis
est, inquit, sed etiam hominis in errore non persistere, ac ia-
cere: itaq; sæpenumero est optima animæ equies consilium
comm

cōmutare, ita ut qui eras in peccato, ad pœnitentiæ antidotū
conuertare. Salo. Prouerb. ca. 28. Qui abscondit scelera sua
non dirigitur: qui autem confessus erit, & reliquerit ea, mi-
sericordiam consequetur. Beatus homo qui semper est pau-
lus: qui uerō mentis est duræ, corruet in malum. Iuue. saty. non diri-
gatur. viij. Fecimus & nos Hæc iuuenes, esto, desisti nempe, nec
ultra Fouisti errorem: breue sit quod turpiter audes, Quæ-
dam cum prima rescentur crimina barba. HOMI. id est,
uiri, uel mulieris humanæ. Caius Iurifcons. Hominis appel-
latione tam fœminā, quā masculū contineri non dubitatur.
VERTERE. id est, mutare. Marce. Vertere, mutare. Ver-
gil. lib. i. Aeneid. Quæ te genitor sententia uertit? CONSI.
id est, cogitationem, ac deliberationem. Varro lib. ij. A co-
gitatione consilium, unde Consilium: quod uestimentum Cōsiliū.
apud fullonem cum cogitur consiliari dicitur.

TEMPVS PRAETERITVM
reparari non potest.

Præteritas nullus reuocabit temporis horas:
Desidia an quicquam fœdius esse potest?

PRAE. Nemo temporis iam præteriti, & elapsi horas,
siue momenta recuperabit, ac sibi restituet (asseuerat uates)
an est quicquam, rogat deinde, quod segnitia, ac secordia
inhonestius esse queat? q. d. nihil. Ouidij illud, alibi iam ad-
duclum: Nec quæ præterijt cursu reuocabitur unda: Nec
quæ præterijt hora redire potest. Salo. Prou. c. vi. Vade ad
formicam ô piger, & cōsidera uias eius, & discite sapiētiam. formicam
Quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principi-
pem, parat in æstate cibum sibi: & congregat in messe quod
comodat. Sall. de bello Iugurthino: Quò magis prauitas eo-
rum esset admirāda, qui corporis dediti gaudijs, per luxum eius.

&

Et ignauiam etatem agunt. HOR. id est, particulas temporis diei. Macro. i. Saturnaliorum de Aegyptijs ita scribit: Apollo, qui est sol, Horus uocatur: ex quo et hora xxiiij. quibus dies, noxq; cōficitur, nomē acceperūt: et illa tempora, à quibus annuus orbis impletur, et hora uocantur. DESID. id est, pigritia, à desidēdo, hoc est, eessando dicta. Liui. lib. iij. Sedemus desides domi, mulierum ritu inter nos altercantes. Sall. in Cati. Non fuit consilium secordia, atque desidia bonum otium conterere.

VTILIVS EST VNVM AC SAEPE
librum legere, quàm multos cumulare.

Egregios cumulare libros, p̄ clara supellex:
Ast unum utilius uoluere saepe librum.

EGRE. Optimos quosq; libros comparare, atq; in bibliothecam contrahere: p̄nobilis est res familiaris et thesaurus (testatur poeta) sed commodius tamen est (inquit) unum saepe librū perlegere. Seneca item ad Lucilliū: Distrahit animum librorum multitudo. Hæc sentētia multis quidem aptissima uidetur, et re uera rudibus ingenijs tutissima est, de quibus tam Seneca mihi uidetur pronuntiasse, quàm nostrum Verinum confirmasse in promptu est. Sed Quin. sanctissimus docendi magister, aduersus eos qui negant, omnia quæ ad institutionē puerorū in primis spectant, eodē tempore tradi oportere, quia confundatur animus, ac fatigetur tot disciplinis in diuersum tendentibus, lib. i. Institutionum oratoriarum, ita profatur: Sed non satis perspiciunt, quantum natura humani ingenij ualeat: quæ ita est agilis, et uelox, sic in omnem partem (ut ita dixerim) spectat ut ne possit quidē aliquid agere tantum unum: in plura uerò nō eodē die modò, sed eodē tēporis momento uim suā impēdat. Idem paulò

paulò inferius: Cur non idē suademus agricolis, ne arua simul, et uineta, et oleas, et arbutum colant? ne pratis, et pecoribus, et hortis, et aluearibus accommodent curā? Rudibus tamen ingenijs Senecæ, ac Verini sentētia tutior uidetur. EGRE. id est, optimos, ac præstantissimos. Ter. in An. Horū ille nihil egregiè præter cætera studebat. Donatus ibi dē: Egregiū dicitur, quod ex grege eligitur. Inde Iuena. Egregius cœnat. Et ante hūc Lucre. Nā nihil egregius cōparatiuè citra artē dixerūt, quàm mihi amplius allegare impræsentiarum non uacat. S V P E L. id est, res familiaris uirorū studiosorū: et fœmininum singulariter, neutrū est pluraliter.

DE RETINENDO
quæ leguntur.

Vt cibus emissus subito non proderit alius:
Pabula sic mentis non retinere diu.

VT. Quemadmodum cibarium subito ab stomacho eomitum, ac reiectum non proderit interioribus uentris uisceribus, aut ipsi re uera stomacho, inquit Verinus, sic pabula, et animi cibaria (qualis est doctrina) longo tempore nō conseruata, nihil etiam proderit. Salom. Prou. cap. xv. Qui abijcit disciplinam, despicit animā suam: qui autem acquiescit interpretationibus, possessor est cordis. ALUO, id est, stomacho: nam pro stomacho, qui est cibariorum receptaculum, de quo superius abundè dictum puto, dixit. De aluo tamen, uentre, et utero Ser. in lib. ij. Aeneid. sic memorat: Vterus est mulierum, quem modò dixit, quia dicturus erat, Fœta armis. Aluus est, qua defluunt sordes. Sallu. Simulans aluum purgare. Venter uerò qui uidetur. Iuue. Montani quoq; Venter. uenter adest abdomine tardus. Illud aduertendum, quòd in lenmate est, De retinendo quæ leguntur, esse gerundium ablati

ablatiui substantiuum: quod cum præpositione de, cum uerbis, quæ non significet motum, rectè cõstruitur. Nam hoc gerundium, ut Valla lib. 1. diligenter tradit, iungitur præpositioni in, cū regimine, siue sit substantiuū, siue adiectiuū: iungitur etiam præpositioni de, etiam cum regimine, sed rarò, sine regimine sæpius. Idem ita subiungit, Per, ex, uel, è, à, uel ab, nescio an licet dare tali gerundio regimen. Nullum enim exemplum occurrit. Variari autem per genera certum est. Caueto ex cataplasmatibus bibendis, ex aluo leuanda. Et abstineas ab offendenda Republica. Sed cauendū ne id uerbū significet motū, quale esset, Reuertor ab arādo, uel ab arādo aruo: redeo à spectando, uel à spectandis ludis: cum sit dicendum, reuertor ab aratione, uel ab aratione arui, redeo à spectaculis, uel spectaculis ludorum.

NOCENT PLURA MEDICAMENTA, & plures medici.

Impediunt certam medicamina crebra salutē.

Non plures medici, sed satis unus erit.

Honora medicum propter necessitatem tuam.
 IMPED. Complura medicamenta, & potiones crebro datae corrumpunt, & morantur ueram sanitatem (testatur poëta) nam non complures medici erunt satis, sed unus commodus erit satis. Eccles. cap. xxxviiij. Honora medicū, propter necessitatē etenim illum creauit altissimus. A Deo enim est omnis medela, & à rege accipiet donationem. Ergo unū medicum uidetur Ecclesiastes necessarium, non plures ostendere: quanquam idem paulò inferius plures etiam medicos, ita introduxit. Est enim tēpus quādo in manibus illorū incurras: ipsi uerò dominū deprecabūtur, ut dirigas requiē eorū & sanitatē propter conuersationē illorū. Sed hic locus magis allegoricè de Christo est accipiendus, qui, ut supra interpret

pretatum est, omnes uiuificat, sicut Adā omnes morte afficiebat. MEDICAMINA. id est, medicamenta, siue potiones.

NIHIL SINE AMICIS IVCVNDVM.

Quid tibi iucundum submotis esset amicis:

Cuncta tibi quanquam sint cumulata bona?

QVID. Quidnam dulce tibi, ac suaue ereptis sodalibus in uita mortali existere potest (scitatur Verinus) quāuis uniuersa bona sint abundè tibi acquisita? q. d. nihil. Cicero de Amicitia: Si quid tibi tale posset contingere, ut aliquis nos Deus ex hac hominū frequentia tolleret, & in solitudinem uspiam collocaret, atq; ibi suppeditas omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam, & copiam, hominis omnino aspiciendi potestatem eriperet: quis tam esset ferreus, qui eam uitam ferre posset? IVCVN. id est, oblectabile. Valla lib. 1. Iucundus, Iucundus & gratus sic differunt: quod iucundus propriè gratus. in prosperis, gratus in aduersis. Iucundum uoco, non qui letus est, sed qui lætitiæ est alteri, ut prosper, & saluber.

QVID SIT AMICVS.

Alter ego est uerus, multumq; probatus ami-

Quo debet nobis charius esse nihil. (cus:

ALTER. Fidus amicus, & ualde expertus est (ait uates) alter ego, & idem ego sum: quo amico nulla res nobis amator, ac dilector esse debet. Eccles. cap. v 1. Amico fidei nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri, & argenti cõtra bonitatem fidei illius. Cice. in lib. de Amic. Nam cum amicitia uis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus, qui fieri poterit, si ne in uno quidem quoque unus animus erit idemq; semper? Alter ego est, oratio est copulatiua per uerbum sum. aliter Latine diceremus: alter à me est

fidus amicus: sed tunc significat: id est, secundus à me: nunc autem significat, est idem qui ego sum. Valla lib. iij. hanc discretionem inter alter, & alius tradit: Alter de duobus dici, alius de multis, notum est omnibus, licet non omnes recte utantur. Macrobius in Saturnali, Cum igitur asseruerim quatuor in corpore fieri digestiones, quarum altera pendet ex altera. Dicendum erat, quarum alia pendet ex alia. PROB A. id est, expertus. Q. V O. subaudi, amico experto. & cum ablatiuo construxit nomen comparatiuum. nam hoc loco cum ipso nominatiuo & cōiunctione quàm, non potuit, quia fit relatio. Verg. libr. v l. Misenum Aeoliden, quo nonne compa præstantior alter. non enim liceret dicere, quàm qui non præstantior alter. Sanè quinq; modis, Cōparatiuum non posse re-
 Inrelatio præstantior alter. non enim liceret dicere, quàm qui non præstantior alter. Sanè quinq; modis, Cōparatiuum non posse re-
 ne compa præstantior alter. non enim liceret dicere, quàm qui non præstantior alter. Sanè quinq; modis, Cōparatiuum non posse re-
 ratiuum non præstantior alter. Sanè quinq; modis, Cōparatiuum non posse re-
 construi- gere nominatiuum interposita particula quàm: & totidem
 tur. cū non non cum ablatiuo cōstrui, uel Perottus Sipōtinus exemplis
 minatiuo accurate positus, quæ (ut Cice. lib. iij. ad Heren. scribit) testi-
 & quàm. moniorum locū obtinēt, arte quadam grāmatica prodidit.

AMICI PRIUS ELIGENDI,
 electi semper retinendi.

Nil temere admittas, nisi fidū noris amicū.

Sed semel admissus semper habendus erit.

NIL. Nullū hominē tibi amicū imprudenter amplectaris, hortatur uates, nisi fidelē esse prius expertus fueris sodalē: sed si quē uel unica deliberatione amicū introduxeris, semper erit cōseruādus. Eccl. c. v l. Si possides amicū, in tentatione posside eū, et facile credas ei teipsum. Idē statim subijcit: Ab inimicis tuis separa te, & ab amicis tuis attende. Satisfate a= lo. Pro. x l. Qui despicit amicū suum, indigēs corde est: uir micorum autem prudens tacebit. Cicer. in libro de Amicitia, de amicis dicuntur. quem oportet abalienare ita præcipit: Erumpunt saepe uita-
 ami

amicorum, tum in ipsos amicos, tum in alienos: quorum tamen ad amicos redundet infamia. Tales igitur amicitie sunt remissione usus leuandæ: & ut Catonem dicere audiui, dissuendæ magis, quàm discindendæ sunt. TEM E. id est, temeriter, siue improvidē. HABENDVS ERIT. habendus nomen hoc loco est: id est, dignus, siue meritis haberi: alio pacto duo tempora futuræ significationis non cohæret, ne duo futura, ut Vall. lib. i. uerbis utar, confundamus: sicut idē tradit, Spero hunc puerum admirandum uirum fore: id est, admirabilem: nomen esse. Nam & si Mart. lib. iij. dixit, Mer gite me fluctus, quum rediturus ero. rarum id quidem est, & apud certos quosdam auctores lectum.

SCIRE MORI EST
 honos mortis.

Mortis honos est scire mori: uitæq; beatæ
 Exitus est testis, qui sine labe fuit.

MOR. Scire quo tempore, & quo loco, & pro qua re, & qua dispositione debeas mori, & ita deniq; uitam terminare: hoc est, inquit Michaël, mortis ipsius præclarum decus: nam ipse nouissimus finis, qui sine peccato extitit, uitæ futuræ in paradiso fortunatæ testimonium est. Vnde Ecclesiasticus capite x l. Ante mortem ne laudes hominem quenquam: quoniam in filiis suis cognoscitur uir. Exemplo sunt Antemortyres Christi omnes, qui sine dubio diuinitus statuere tē ne laudemori, & pro Christo acerbissima quæq; patibula tolerare: des quemadmodū ethnicorum non pauci, qui se pro Republica nem quem morituros dijs inferis deuouere: quod Liu. libr. viij. & x. de duobus Decijs patre & filio in primis tradit. Iuu. saty. viij. Plebeia Deciorū animæ: plebeia fuerūt Nomina, pro totis legionibus. hi tamē et pro Omnibus auxilijs, atq; omni pube
 III 2

Latina Sufficiunt dijs infernis, terræq; parenti. HONOS, id est, cultura. Verg. li. i. Aene. Semper honos, nomenq; tuū, laudesq; manebunt. Ex his enim quæ & in or, & in os desinunt, ueluti arbor, uel arbor, uapor, uel uapos. Marce. Honor, cultura, obseruantia. Verg. lib. viij. Aeneid. Semper honore meo, semper celebrare donis. Sed hæc hæctenus.

FICTILIBVS TVTIVS,
quàm in gemmis cœnatur.

Fictilibus cœnare pudet, gemmasq; requiris:
Ah, nescis demens quanta pericla manent.

FICTI. Exclamat poëta in ambitiosos quosdã, qui uerecundiam putant, si uasis è luto fictis edant, atq; ideò uasa gemmata affectant, sed nesciunt, quàm ingentia sæpe pericula in uasis gemmis cœlatis eos expectent: nam quia diuites sunt, & uasa cœlata possident, sæpe à cognatis, alijsq; personis, ueneno necantur. Iuue. saty. iij. Fictilibus cœnare pudet, quod turpe negauit, Trãslatus subito ad Marsos, mensamq; Sabellam. Idem satyr. x. Sed nulla aconita bibuntur Fictilibus: tunc illa time, quum pocula sumes Gẽmata, & lato Setinum ardebit in auro. FICTILI. id est, uasis è luto, ut puta argillaceo fictis: quòd enim è luto fingantur, appellata sunt. Pers. satyr. ij. Et Tuscum fictile mutat. Apostolus ad Timo. In magna autem domo nõ solum sunt uasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam in honorẽ, quædam autem in contumeliam. COEN. id est, comedere. GEMMA. id est, uasa gemmis insculpta. Iuue. satyr. v. Nam uiro, (ut multi) gemmas ad pocula transfert. Mart. lib. 14. in disticho cuius gemma est, Calices gẽmati. Gemmatũ Scythicis ut luceat ignibus aurum, Aspice quot digitos exuit iste calix. PERI. MA. Subaudi in gemmis. & est syncopa.

In domo magna quædam in honorẽ, quædam in contumeliam.

S A

SAPIENTIA DOCENDO,
charitas dando, fit maior.

Vt charitas dando, sic fit sapientia maior:
Clausula minor nobis, largius ergo dabis.

VT. Sicut charitas, hoc est, amor, & dilectio, dum datur, atque exercetur, efficitur maior (asseuerat Verinus) sic etiam sapientia, ac rerum doctrina: & uiceuersa, utraq; re-tenta, ac non exercita fit nobis minus copiosa: ergo liberalius, profusiusq; utranque distribues, ac docebis: Ratio autem huius sententiæ est, quia exercitatio maxima est largienti, & docenti. Vnde Arist. lib. i. Eth. ita profitetur: At uirtutes acquirimus operando prius, quemadmodum & in alijs artibus. quæ enim oportet postquam didicimus facere, mus ope ea faciendo addiscimus: cui fabricando fabri, & citharam rando pulsando citharædi: sic iusta agendo iusti, & modesta modesti, & fortia fortes efficiuntur. DANDO. id est, dum datur, ut supra de huiuscemodi gerundio dictum est.

AUARITIA SEMPER CRESCIT.

Crescit auara sitis, quantò tibi copia maior:
Vt cumules omnes, semper egebis, opes.

CRESC. Insatiabilis auaritiæ sitis tantò magis crescit (testatur poëta) quantò tibi, ò auare, rerum, ac bonorũ copia est uberior, & semper indigebis: quanuis uniuersas conquiras facultates. Hora. lib. iij. car. Crescetem sequitur cura pecuniam. Iuue. saty. xliij. Crescit amor nummi, quatum amor nõ ipsa pecunia crescit. idem Hor. lib. ij. car. Crescit indulgens mi sibi dirus hydrops, Nec sitim pellit nisi causa morbi, Fuge ipsa perit uenis & aquosus albo Corpore languor. AVARA SI. id est, auaritia. Cice. lib. iij. Tus. Est autẽ auaritia opinatio scit.

m 3

uehemens de pecunia, quasi ualde expectanda sit inherens,
 & penitus insita. V T. id est, quanuis. E G E B. id est, insatia-
 tus eris.

QVIS SIT DIVES.

Non est, crede mihi, multos qui possidet agros,
 Diues: sed diues, cui satis unus ager.

N O N. Non ille diues existit (si mihi credas) asseuerat
 Verinus, qui permulta possidet iugera: imò ille diues uiuit,
 qui sibi unum agrum satis putat. Salomon Prouerb. capite
 x v i. Melius est parũ cum iustitia, quàm multi fructus cum
 iniquitate. Cicero in Parado. Quem enim intelligimus diui-
 tem? aut hoc uerbum in quo homine ponimus? opinor in eo
 cui tanta possessio est, ut ad liberaliter uiuendũ facile cõten-
 tus sit, qui nihil querat, nihil appetat, nihil optet amplius.
 Animus enim tuus oportet se iudicet diuitem, non hominum
 sermo, neque possessiones tuæ, qui & nihil sibi deesse putat,
 nihil curat amplius, satiatus est, aut cõtentus etiam pecunia,
 concedo diues est. A G R O S. id est, campos cum uilla. Nam
 Valla libro sexto post uerbosam cum Iuriscõsultis dispu-
 tationem, ita concludit: Ita sentio agrum continere fundum,
 non contineri à fundo: nihilq; prohibet eum cum uilla esse.
 Erant in agris senatores, & uixerunt multi nobilissimi phi-
 losophi in agris, nõ sine uilla, & habitatione. Differtq; ager
 ab aruo, quòd aruum sementi datur. Idem tradit fundus ge-
 neralissimum ad multa quæ possidentur esse nomen, sed esse
 in agro. Nam in urbe, aliquando etiam in agro prædium ap-
 pellari: fundus enim, inquit, species prædij est. Itaq; fundus
 est possessio rustica: prædiũ, & rustica, & urbana. V N V S
 A G E R. quasi dicat, quo uiuat contentus.

Ager.

Fundus.

LIB

LIBERALIS.

Quas inopi, & dulci lætus donabis amico:
 Temporibus nullis eripientur opes.

Q V A S. Nullis temporum seculis illæ facultates abs te
 abducentur (ait poëta) quas amico egeno, & iucundo, ipse
 alacris dilargitus fueris. Salo. Pro. cap. xxviiij. Qui dat pau-
 peri, non indigebit: qui despicit deprecãtem, sustinebit penuriam pauperi,
 riam. Sanè hanc sententiam à Valerio Max. (ut sæpe dixi- non indi-
 mus) uidetur poëta mutuatus. D V L C I. id est, periucundo, gebit.
 Cic. in lib. de Amicitia: Quid dulcius, quàm habere quocum
 omnia audeas sic loqui ut tecum? Idem aliquãtò inferius: Est
 enim is amicus quidem, qui est tanquam alter idem.

DE AEGROTÒ INCURABILI.

I citò: dic oleum properet deferre sacerdos:
 Conuenit medicũ plurima turba simul.

I C I T O. Loquitur Michaël in persona maximè ægro-
 tantis, & morituri, præcipiens quid ægrotus in extrema ui-
 ta obseruare, ac facere debeat. Vade ocysus, debet imperare
 alicui ministro, aut seruo ipse ægrotus (inquit Mic.) pete ut
 sacerdos maturet extremam afferre unctionem, postquam
 plurima amicorum ægroti caterua allocuta est medicũ: sub-
 audi, & medicus illis respondit eum iam incurabilem esse:
 quod plerunque solet fieri. Frater Angelus à Clauasio, in
 li. qui Summa Angelica inscribitur, hæc ait: Unctio extrema
 unum est de sacramentis Ecclesiæ: de quo habes in ca. unico
 de sacra unctio. Eius materia est oleũ oliuarum, et conse-
 cratũ ab episcopo, non ab inferiore, ut dicit Magister Sen-
 ten. in iij. Sed quæ forma eius administrandi. Et quòd solus unctio-
 sacerdos potest eam conferre. Et quibus potest conferri. nis.

Materia
 extremæ

m 4

Et sicut instrumenta quinque sensuum debeant ungi. Et quis effectus eius. Et an hoc sacramentum sit de necessitate. Et utrum sit iterabile, omnia in eodem libro affatim memorantur. I. in hoc loco distio est, uerbum uidelicet. Aliàs uocalis. Aliàs consona simplex. Aliàs duplex (ut Priscianus libro primo profitetur) sed quoties consona est, inter mutas habetur. CON. id est, allocuta est medicum. SIMVL. id est, postquam. Catullus in epigram. Nam simul te Lesbia aspexi, nihil est super imi Quod loquar amens.

AEGROTI NON CURANTUR
à pluribus medicis.

Nūquā (crede mihi) à morbo curabitur aeger,
Si multis medicis creditur una febris.

NVNQVAM. Nullo unquam tempore (si mihi credas) aduersa ualetudine laborans morbo liberabitur (asseuerat Verinus) si una salus, quæ ab ægro desideratur, compluribus medicis reparanda committitur. Ratio autem est: quia medicamentorum, ac potionum multitudo, discordiam in stomacho parit: salus uerò citra concordiam non reuocatur: quæ res in alijs quoque rebus latissimè patet. Unde Florus de Pompeianorum strage: Nec ulla res magis exitio fuit, quàm ipsa exercitus magnitudo. Allegoricè tamen hunc locum accipiendum iam bis suprâ significauimus. MORBO. id est, temporali corporis imbecillitate. Modestinus lib. ff. 50. Verum est morbum esse temporalem corporis imbecillitatem: uitium uerò perpetuum corporis impedimentum, ueluti si luscus sit. Nam & luscus utique uitiosus est.

QVA

Q. VARE DIVITES PEIUS,
quàm pauperes curentur ægroti.

Vnde fit ægroti ut plures curentur egei?

An quia diuitibus pharmaca plura nocent?

VNDE. Qua ratione fit (rogat poëta) ut plures pauperes ægotantes curatione sanentur? subaudi, quàm diuites. nunquid, quia medicamentorum multitudo hoc locupletioribus efficit? quasi dicat, nimirum hæc est causa. Sanè Verin. quia ipse assiduo morbo ualetudinarius erat, liquidissimam huius rei habebat experientiam: atq; ideo toties unam, eademq; repetit sententiam. PHARMA. id est, medicamenta. Caius. li. ff. 50. Qui uenenum dicit, adijcere debet, utrū bonum esset, an Venenū malum: Nā & medicamenta uenena sunt: quia eo nomine ome sum est mne continetur, quod adhibitum eius naturam, cui adhibetur uerbum. tum est, mutat. Quum id, quod nos uenenū appellamus, Græci pharmacum dicunt, apud illos quoque tam medicamenta, quàm ea quæ nocent, hoc nomine continentur: unde adiectione alterius nominis distinctio fit.


Q. VOMODO DIVES,
& fœlix efficitur.

Vis fieri diues? Christi præcepta sequaris.

Diminuas animi grandia uota tui.

VIS. Expetis effici uerè locuples (rogat Michaël) sequere Christi documenta, & coërceas grandia, & insatiabilia animi tui desideria. Luc. cap. VI. Omnis, qui uenit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini ædificati domū, qui fudit in altū, & posuit fundamentū supra petram. Inundatione autē facta, illi sum Certissimè est flumē domui illi, et nō potuit eā mouere. Fūdāta enim erat mū resu-

m 5



giū deus. super petram. Salo. Prou. c. xxij. Ne erigas oculos tuos ad
Non eri= opes quas non potes habere : quia facient sibi pennas quasi
gas ocu= aquilæ, & uolabunt in cœlum. FIERI. effici: & recipro=
los ad o= ce construitur. Sanè firi, & non fieri secundum artem debui
pes quas mus dicere. Prif. in arte minori : Elementum est etiam quan=
nō potes do in duo diuiditur monosyllabico : id est, contemplatione
habere. temporum: ut fieri pro firi. Longa enim uocalis, in duas bre
ues diuisa est.

AMICI DIVITVM SVNT
falsi amici.

Quē tibi diuitiæ peperere, est falsus amicus:
Argentum, non te, diligit ille tuum.

QVEM. Amicus ille, quem tibi opes tuæ acquisuerunt,
ait uates, est fallax, & minimè uerus : quoniam argentum
tuum, non autem te ille amat. Salom. Prou. ca. xix. Multi co=
lunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Vn=
de Cicer. lib. i. de Offic. Hoc maximè officij est, ut quisq; ma
ximè opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. Quod cōtrā
fit à plerisq;. A quo enim plurimum sperant, etiam si ille his
non egeat, tamē ei potissimum inseruiunt. PEPE. id est, ac=
quisiuere. Teren. in Eunu. Magnam partem gloriam labore
alieno. FALSVS. id est, qui fallit: actiue enim, & interdum
passiue significat. Valla lib. i. Falsus qui fallit, ut Terent.
Censne me aliquam causam fictam, falsam, ineptam saltem
potuisse proloqui? Aliquando & passiue : ut idem, Carime
falsus es: id est, deceptus. DILIGIT. id est, amat. Idem lib.
v. Amare, est generalis significati : idem quod diligere, nisi
quod putatur plus quiddam esse in amando, quam in diligen
do: ut Cicero ad Brutū. Lucius Claudius ualde nos diligit,
aut, ut emphaticoteron dicam, ualde nos amat.

PA

PATIENTIA, ET FIDES PRO=
batur in rebus aduersis.

Rebus in aduersis patientia uera probatur.

Rebus in aduersis uera probanda fides.

REBUS. In periculis, negotijsq; aduersantibus, uera ma
lorum tolerantia experitur (testatur Mic.) & in negotijs
item aduersantibus, atq; urgentibus fidelis, & cōstans fides
experienda est. Apostolus post multa, quæ pro Christo to=
lerat, ita concludit: Si gloriari oportet, in his quæ infirmita=
tis meæ sunt, gloriabor. Mart. lib. xi. Rebus in angustiis fa=
cile est contemnere uitam. Fortiter ille facit, qui miser esse po
test. Ecclesiasti. v. Est enim amicus secundum tempus suum, Est ami=
& non permanebit in die tribulationis. Huiuscemodi ergo cus secū=
amicos fugiendos esse, nemo est tam extremæ dementiæ, qui dū tēpus
non uideat: quippe qui sunt amici de nomine. PATI. id est, suum.
tolerantia. Donatus de Vergilij uita ad hunc modum tra=
dit: Solitus erat dicere, nullam uirtutem commodiorem ho=
mini esse patientia, ac nullam asperam adeo esse fortunam,
quam prudenter patiendo uir fortis non uincat. Quam sen=
tentiam in v. Aeneid. inseruit: Nate dea, quod fata trahunt re=
trahuntq; sequamur. (Quicquid erit) superanda omnis for=
tuna ferendo est. Sunt qui eam scripturam non esse Donati
arbitrentur, sed authorem ignorari.

DVPLEX POENA PECCATI
principi imponenda.

Si procures nequam, si peccauere parentes,
Exemplo & sceleri poena parāda duplex.

SIPROC. Si primores ciuitatis, principesq; ipsi nul=
lius momēti, luxuriaq; discincti sūt (cēsset Mi.) si patres ipsi
iam

iam seniores deliquerunt pessimo eorum exemplo, ac peccato duplex irrogandū est supplicium. Sap. cap. vi. Horrende, & citò apparebit uobis: quoniā iudiciū durissimum in his qui præsunt, fiet. Exiguo enim concedetur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, qui est omnium dominator: nec uerebitur magnitudinem cuiusquā, quoniā pusillū, & magnū ipse fecit: & æqualiter est illi cura de omnibus. Fortioribus autē fortior instat cruciatio. PROCERES: id est, ciuitatis principes. Qui de uocabulorū significatione cōscripserunt, ita profitentur: Proceres capita trahiū proprie dicuntur, hoc est, mutili quidam extātes: à quo principes ciuitatis sunt proceres appellati, quòd ij ita in ciuitate eminet, sicut illi in ædificijs. PARENTES: id est, maiores ætate cognati. Caius lib. digest. 50. Appellatione parentis nō tantum pater, sed etiam auus, proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & auia, & proauia. EXEMPLUM: id est, peccato, quod in exemplum trāsit. Marcel. Exemplum est, quod sequamur, aut uitemus: Exemplar, ex quo simile faciamus. Illud animo æstimatur: istud oculis conspicitur.

FILIUS IMITATUR MO-
res parentis.

Sæpe patris mores imitatur filius infans:

Qualis erat mater, filia talis erit.

SÆPE. Filiolus uernaculi, siue patrij sermonis adhuc ignarus pcrebro (inquit poëta) patris sui mores discet, atq; infectabitur, & quā proba, quā uel improba mater erat, tam proba tam uel improba filia futura est. Sanè & ad laudem, & ad uituperium spectat sententia hæc: nec magis de maribus, quā de foeminis accipiēda. Hora. de Mecœnate libro

lib. i. car. Mecœnas atauis edite regibus. Verg. lib. i. Aene. de Dido. Qui tanti talem genuere parentes: utrūq; ad laudē. Idem lib. iij. Aenei. de Aenea: Nec tibi diua parens generis, nec Dardanus author Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanæq; admorūt ubera tigres. Ad uituperium. Inde illud quoq; Iuuenalis Saty. vi. Desperanda tibi salua concordia socru: Illa docet spolijs nudi gaudere mariti. IMIT. id est, tanquam exempla, illos sequitur: & ad mores, dicta, factaq; huius uerbi significatio magis spectat. FIN. id est, etiam ab infantia: & mirè distinxit filius infans dicens. Marcellus: Infans à non fando dictum est. Cic. in Oratore: Nam & infantes actionis sæpe fructum tulere. & est quod aut dici non debeat, aut fari non possit. Nam infantes usque eò appellandi sunt, donec coeperint fari.

FILIA MORES MA-
tris sequitur.

Castarefert castæ genitricis filia mores,

Lasciuæ nunquam filia casta fuit.

CASTA. Edocet superioris distichi sententiam. Filia pudica (subijcit poëta) castæ quoque matris pudicos mores repræsentat, ac reuocat: uerū libidinosæ matris filia nunquam pudica reperta est. Hinc Iuuenalis saty. xiiij. exclamat: Expectes ut non sit adultera Largæ Filia: quæ nunquam maternos dicere moechos. Tam citò: nec tanto poterit contexere cursu, Vt non terdecies respiret: conscia mater mater tri Virgo fuit: ceras nūc hac dictante pusillas Implet, & ad dicunt moechos dat eisdem ferre cinædis. GENI. id est, matris. ratores, Valla lib. iij. Oratores sæpius dicunt filius quā natus: pater poëta est, quā genitor: mater quā genitrix: parens pro utroq;: tiam aliter, etiam sæpe homo potius quā uir: quoties ita accipitur ille, ter.

de quo agimus, aut loquimur, quale est hoc: Illi deduxerunt hominem in palestram. Poëta potius e contrario, Historici mediam quandam uiam tenent.

PATER DEBET ESSE OPTI-
ma norma filijs.

Et uerbo, & facto paruis sit regulanatis

Optima, sitq; omni tempore norma pater.

ET VER. ET. Pater tam dicto quam facto sit paruis liberis documētum, hortatur Michaël, deniq; in uniuersa etate sit optimum uitæ exemplum pater. Eccles. cap. xxx. Qui docet filium suum, in zelū mittit inimicum: & in medio amicorū gloriabitur in illo. Mortuus est pater eius, & quasi nō est mortuus. Simile enim reliquit sibi post se. Iuue. saty. xiiij. **Maxima** Maxima debetur puero reuerentia: si quid Turpe paras: nec debetur tu pueri contempseris annos: Sed peccaturo obsistat tibi si puero reuerentia. **re-** lius infans. Plutarchus item tradit Catonem seniore a uerborum turpitudine, præsente puero filio sic temperasse, quasi Vestalibus uirginibus arbitris locuturus esset. **NOR.** id est, rectum uitæ exemplum: & est metaphora, a fabris lignarijs sumpta. Est enim norma, fabrorum instrumentum, habens duo latera: quo omnia dirigunt, metiunturq;. Cice. in Lælio: Nunquam ego dicam C. Fabricium, Marcum Curium, Titum Coruncanum, quos sapientes nostri maiores iudicabant, ad istorum normam fuisse sapientes.

ARTES DISCENDAE A TENERIS.

Altera natura est habitus: quam iunior artem

Perdisces, tollet nulla senecta tibi.

ALTERA. Consuetudo est altera natura, ab illa quam in generatione statim accipimus (asseruat uates) unde infert

cor.

conclusionem, neq; ulla ætas quantumuis longa tibi adimet officiū, & artem, quam adolescens penitus edidiceris. **Quinti.** lib. i. Fit ex his consuetudo, deinde natura. **Cic.** in lib. de Amicitia: Maxima est enim uis uetustatis, & consuetudinis. **Quinti.** eodē lib. Frāgas enim citius, quam corrigas, quæ in prauum induruerunt. **HAB I.** id est, frequens actibus consuetudo. Nā Philosophi ita definiunt: **Habitus** est alicuius rei, siue in animo, siue in corpore à natura cōcepta, sed usu corroborata, & plena perfectio. **LVNIOR.** id est, adolescentior, & puer: de cuius comparatiui natura supra dictum est.

VIRTUTI MORS NOCERE
non potest.

Sola potest homines æternos reddere uirtus:

Huic soli è cunctis non libitina nocet.

SOLA. Sola uirtus potest mortales efficere æternos, testatur Michaël. nā huic soli, hoc est, uirtuti, mors nocere nequit. **Sall.** in Iugurt. Nam uti genus hominum compositū ex corpore, & anima est, ita res cūctæ studiaq; omnia alia corporis, alia animi naturam sequuntur. Igitur præclara facies, magnæ diuitiæ, ad hoc uis corporis, & alia huiuscemodi omnia breui dilabuntur. At ingenij egregia facinora sicuti anima immortalia sunt. **LIB I.** id est, mors. **Hora.** li. iiij. car. Nō egregia omnis moriar, multaq; pars mei Vitabit libitinam. **Porphyr.** facinorario eum locum ita exponit: Libitinam pro morte posuit. **Cæ** sicuti anterium feretrum significat, quo cadauera in funere efferuntur, dicta ut multi uolunt, per contrariū, quod nemini libeat. **mortalia** sunt.

ELOQUENTIA OMNIA PERFICIT.

Nil tā difficile est, quod non persuadeat, et nō

Efficiat docti lingua diserta senis.

NIL

NIL. Nullū negotium usque adeò difficile impetratum est (inquit uates) quod facundi, ac copiosi eruditi oratoris, & Salomon senis lingua nō permoueat, atque impetret. Vnde eloquentiā de eloquē Prouerb. cap. x x i i i. ita commendat Salomon: Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. Quintil. lib. x. de Cicer. qui optimè omnium oratorum persuadebat: Quare nō immeritò ab hominibus ætatis suæ regnare in iudicijs dictus est: apud posteros uerò id est consecutus Cicero ut iam nō hominis nomē, sed eloquentiæ habeatur. **PERSVA.** id est, suadendo impetret. Hoc enim persuadere propriè significat, quanuis suadere significat tantum admonere, etiam si non impetres. Sanè sciendum est uniuersam oratoris difficultatem, in persuadendo uersari. Quintil. lib. i i. Cicero pluribus locis scripsit oratoris officium esse dicere ad persuadendum. In Rhetoricis etiā (quos sine dubio ipse nō probat) finē facit persuadere. **LIN.** id est, sermo, & eloquium. Ecclesiasticus ca. i i i j. In lingua enim sapientia dignoscitur, & sensus, & scientia, & doctrina in uerbo sensati, & fundamentum in operibus iustitiæ. **SENIS,** id est, uiri longæui, & grauis. Idem capitulo v i i i. Non te prætereant narratio seniorum. ipsi enim didicerunt à patribus suis.

In lingua sapientia agnoscitur.

DE ELOQUENTIA.

Ancipiti eloquium longè penetrantius ense:

Hoc rabiem motam sedat, & arma mouet.

ANCIPITI. Eloquentia multò profundius penetrat (testatur poëta) quàm ensis ambiguè atque utrinq; secans. nam hæc est, quæ furorē concitatum mitigat, si opus est: & si opus est, arma quieta ad prælium impellit. Quint. lib. i i. Est enim eloquentia una quædam de summis uirtutibus. De laudibus

dibus huius facultatis. Cic. lib. i. de Offi. ad hūc modum reliquit scriptum, postquam iuris ciuilibus meminerat: Atq; huic arti finitima est dicendi grauior facultas, & gratior, & ornatior. Quid enim eloquentia laudabilius, & præstabilius, uel admiratione audientium, uel spe indigentium, uel eorum, qui defensi sunt, gratia? Huic quoq; ergo à maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. **ELOQUI.** id est, eloquentia, & dicendi copia. Varro libro i i. Igitur is loquitur, qui suo loco quodq; uerbum sciens ponit: & iste proloquitur, quum animo quod habuit extulit loquendo. Hinc etiam amplius dicuntur, Eloquium, ac reliqui fanis Sabinis è cella Dei qui eloquuntur. Hinc dictus loquax, qui nimium loquitur. Hinc eloquens qui copiosè loquitur. hæc Varro suboscure tradidit. **PENETRAN.** id est, profundius penetrans, & secans. Ecclesiasticus cap. xxxviii. Lingua tertia multos commouit: & disperdit illos de gente in gentem. Ciuitates sticis demuratas diuitum destruxit: & domos magnatum effodit: Vir- tutes populorum concidit, & gētes fortes dissoluit. Idem paulò inferius: Flagelli plaga liuorē facit, plaga autem lingue comminuet ossa. **ENSE ANCI.** id est, gladio uirique secanti. **SEDAT.** id est, mitigat. Vergilius libro primo Aeneid. Ille regit dictis animos, & pectora mulcet. **ARMA MOUET.** id est, uiros armatos impellit.

DE EADEM RE.

Nil adeò incultum, quod nō ratione nitescat:

Thebarū hæc altis uexit ad astra domos.

NIL. Nullus populus est usque adeò incultus, & serinis moribus (ait uates) qui naturali ratione, quam per eloquentiam exprimimus, nō fiat excultus, & politus. quod exemplo probat: Nam hæc (inquit) ratio, & eloquentia nobilis

Thebanorum, qui prius more ferarum uiuebant, ædes usq; ad coelum erexit. Cice. in ueteribus Rhetoricis: Cum autem res à nostra memoria propter uetustatem remotas, ex literarum monumentis repetere instituo: multas urbes constitutas, plurima bella restincta, firmissimas societates, sanctissimas amicitias intelligo, tum animi ratione, tū etiam facilius eloquētia comparatas. Paulò post ait fuisse olim uirū quendam sapientem, qui homines in agris, & in tectis syluestribus abditos, ratione quadam in unum cōgregauit, atq; orationem studiosius audientes, ex feris, & immanibus mites reddidit. NITES. id est, excultum, & moratum reddatur. THE. urbis Bœotiae. Fabula hoc tradit: Amphio Iouis filius, ut Plin. libr. vij. profitetur, primus inuenit musicam. Primus item cum cithara cecinit, primus illā inuenit, ut alij tradūt, Orpheus, ut alij, Linus. Hic syluestres in Bœotia homines musicæ suauitate, & eloquentia in urbem Thebas, quam Cadmus Agenoris filius condiderat, coadunauit, & ad mores ciuiles contraxit: unde fingitur Thebas sono citharæ lapides trahētis muro cinxisse. Hor. in ar. poë. Dicitur & Amphio Thebanæ cōditor arcis, Saxa mouere sono testudinis, et prece blāda Ducere quò uellet. Sed re uera eloquio id suo efficit. ADAST. id est, in sublimitatē: et est hyperbole.

De Amphione Iouis filio Fabula.

QVI VERVN AVDIRE
non uult, perditus est.

Desperanda salus qui uerum audire recusat:
Inq; suum præceps labitur exitium.

DESPE. Saluatio non speranda ab illo est, asseuerat Michaël, qui res ueras audire refugit: nec ab illo, qui res ueras audire recusans, procliuis in suis demergitur perditionem. Sal. Prouer. cap. xxvij. Qui declinat aures suas ne audiat.

audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Mart. quoque libro viij. in Gallicum ita iocatur: Dic uerū mihi Marce, dis amabo: Nil est quod magis audiam libenter. Idem paulò inferius: Vero uerius ergo quid sit audi: Verum, Gallicè, non libenter audis. DESPER. id est, nō sperāda. Hor. li. i. car. Nihil desperādū Teucro duce, et auspice Teucro. Ordo est, Salus desperanda est, subaudi illius, qui recusat audire uerū: & illius, qui pronus, & pertinax in suum exitium decidit.

IVVENVM FVRORE VRBES
euerſæ, seruata consilio senum.

Præcipientes iuuenum dementia subruit urbes:
Curia consilio constabilita senum est.

PRÆCIP. Furiosa iuuenum imprudentia urbes deturbatas, ac ruētēs euerit (testatur poëta) uice uersa, forum, ac reipublicæ ipsius curia. senum prouidentia constans, & firma cōseruatur. Hinc Vlpianus lib. Digest. 50. ita promulgauit: Ad Rempublicam administrandum ante uicesimum Ante xxv. annū quintum annū, uel ad munera, quæ non patrimonij sunt uel nū nequis ad admī- honores admitti non oportet. DEMENTIA. id est, impro ad admī- uidentia: nam demens improuidus dicitur à Seruio. Vergil. strationē libro vi. Sed tum forte caua dum personat æquora concha Reip. ac- Demēs. VRBES. id est, urbium ædificia, unā cum ciuibus. cedat. Paulus libro Digest. 50. Urbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificijs finitur: quod latius patet. CONSTA. id est, corroborata.

PLVS FABIVS SENEX, QVAM
Flaminius profuit urbi Romæ.

Plus cunctatoris Fabij mora profuit urbi,
Flamini, & Gracchi quàm ualere manus.

PLVS. Exemplo (ita ut solet) superioris distichi sententiam comprobat poeta: Validius profuit urbi Romæ in maximis cladibus ab Annibale Pœnorum duce uexata mora, & retardatio Quinti Fabij cunctatoris (quia ipsum Annibalem remoratus, ac nullo modo illi pugnandi copiam faciens, eundem fregit, atque ita urbem reseruauit) quam aut copię, siue cohortes Caij Flaminijs ardentissimi ducis, aut exercitus Tiberij Gracchi magnanimi quoque Imperatoris prodesse ualuerūt, quorum alter in Hetruria apud Thrasumenum lacum insidijs Annibalis periit: Alter in eadem Hetruria Flauij Lucani hospitis proditiōe à Magone, Annibalis duce dolo necatus est. CUNCTA FAB. id est, qui (ut Liuius libro secundo de bello Punico secundo inquit) sedendo, & cunctando bellum gerebat. Nam Quintus Fabius Maximus dictator creatus Annibalis imperium in Italia nō tulit: mora quippe eum elisit, & ad Campaniam traxit, ubi delicijs eius uirtus obtorpuit, & irretita est. Liuius eodem libro: Nec Annibalem fefellit cum duce mutata esse belli rationem. Idem paulò inferius: Annibalem quoq; ex acie reduntem dixisse ferunt: Tandem eam nubem, quæ sederet in iugis montium, sollicitatam procellę imbrē dedisse. Frater eā Fabius cunctatoris cognomen à magistro equitum, qui eum segnē, & formidolosum cōuiciabatur, accepit. Idem in eodem libr. de illo magistro equitum: Primò inter paucos, deinde propalā in uulgus pro cunctatore segnē, pro cauto timidum affingens, uicina uirtutibus uitia cōpellabat. FLAMINI. illius ducis ardentissimi, de cuius nece idem Liuius aliquatò superius ita memorat: Donec insuper eques, Ducatio nomen erat, faciemq; noscitas Consul, inquit popularibus suis: Hic est, qui legiones nostras cecidit, agrosq; & urbem est depopulatus: iam ego hęc uictimam manibus perempto

Fabius
cunctator.

Faminius
dux.

emptorum ciuiū dabo: subditisq; calcaribus equo per confertissimam hostium turbam impetum facit: obtruncatoq; prius armigero, qui se infesto uenienti obiecerat, Consulem lancea trāsfixit. GRACCHI. id est, illius magnanimi quoque Imperatoris, de cuius nece idem Liuius libro deinceps uita differit: Gracchum iam nudatum presidio uiuum: capere Pœni nituntur. Cæterum ille conspiciatus Lucanum hospitem inter hostes adeò infestus inuasit, ut parci ei sine multorum pernicie nō posset. Exanimem eum Mago extemplo ad Annibalem misit: poniq; cum captis simul fascibus ante tribunal Imperatoris iussit.

CONSCIENTIA BONA

iudicem non timet.

Accusent te mille licet, mens conscia recti

Stat tamen, & spernit iudicis ora trucidis.

ACCUSENT. Quauis mille hominum te criminis accersant, & accusent: (testatur Michaël) tamen animus tuus honesti conscius stat tibi constans, ac nihil titubans, & sæui iudicis uultus intuens pro nihilo pendet. Ratio est: quia (ut Ecclesiasticus cap. xxxiiij. ait) Qui timet Dominū, nihil trepidabit, & nō pauebit: quoniam ipse est spes eius. Timet Dominum beata anima eius, ad quem respicis, & qui est fortitudo eius. Hinc profectò est, quòd martyres nostri tyrannorū uultus truces, à quibus iniustissimis pro Christi fide miris cruciatibus dānabantur, despiciebāt: non formidabant. ACC. id est, ostendant te peccauisse. Valla libr. vi. Sed ne multiis morer: Accusare est uel apud iudices, uel apud alium quenuis, etiam apud illum ipsum quem accuses, significare, atq; ostendere aliquem peccasse. Incusare uerò, reprehendere mores alterius: & plerunq; cum querela quòd ab

illo iniuria sis affectus. MILLE. subaudi, hominū, uel homines. Idē lib. iij. primò docet Mille numūm singularis numeri esse. Cice. in Philip. Qui L. Antonio mille numūm refert expensum: & ita mille hominum, mille foeminarum dicimus: sed mille (ut idē dixit) singularis numeri, & substantiuum est. Deinde de numero plurali ita subiicit: Illud quoq; præter hoc addamus, mille homines dici: millia uerò homines non dici. Cuius rei causa est, quòd propriè diximus mille homines, ut centum homines: millia hominum, ut centena-ria, uel turbae hominum: hoc substantiuum est: illud uerò adiectiuum. STAT. id est, inuictam se ostendit.

AD QVENDAM VANILOQVVM.

Omnibus in triuijs recitans tua carmina lau-

Si uis ut laudem, discet tacere prius. (das:

OMNI. In quibuscunque locis publicis, ut sunt triuia & quadriuia repetens, & recitans, ò uaniloque (inquit uates) uersus tuos commendas, quasi uelis à me illos laudatum iri: ergo si uis ut ego laudem, discet tu prius temetipsum non extollere, ac dilatare. Sic Mart. lib. v. quanuis in alio sensu dixit: Non bellè quædam faciunt duo: sufficit unus Huic operi: si uis ut loquar, ipse tace. Sanè poëtas quos Cyclicos uocant, carpit Horat. in arte poët. Nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim. ubi præterquàm quòd potest esse proprium poëtæ nomē, Acrō ita interpretatur: Cyclicus poëta est, qui ordinem uariare nescit: uel qui carmina sua circumfert: quasi circumforaneus. Idē paulò inferius: Aliter Cyclici dicuntur, qui circum ciuitates meant recitantes. IN TRI. id est, in locis publicis, qualia sunt loca, in quibus tres uiae concurrunt: quæ triuia dicuntur: sicut quadriuia, in quibus quatuor. Latenter autem ostendit illum carmina uilia recitare, qualia

Nō bellè quædam faciunt duo.

Cyclicus poëta.

qualia in triuijs rustici olim recitabant. Verg. in Bucō. Non tu in triuijs indocte solebas Stridenti miserum stipula disperdere carmen? Iuue. saty. vii. Nec quid Communi feriat carmen triuiiale moneta.

NON EST VITUPERANDVS;
si non est filius similis patri.

Quòd nequeã ad musas puer aspirare pater-
Da ueniã: noster disticha ludus erit. (nas,

QVOD. Quoniam ipse adhuc adolescentulus non possum ad stylū in poësim parentis mei Vgolini accedere, petit Verinus, da ueniam: ita enim disticha sententiarum noster puerilis ludus erit, quasi dicat, secūdum etatē nō nihil ago, etate ingrauescente maiora (si dijs placet) facturus. Inge- nuè uerò fatetur Vgolinum magniloquentiorem scribendi habuisse stylum, se autem his attenuati styli distichis etiam re- prodesse. Nam & Politianus supra dixit: Unica doctiloqui spes, & imago patris. Sic Vergil. in Bucō. Nam neq; adhuc Varro uideor, nec dicere Cinna Digna: sed argutos inter- strepere anser olores. ASPI. AD MVS. PATER. id est, accedere ad altiloquā patris poëtica. Sanè aspiro in hac si- gnificatione, cum quarto casu, et præpositione ad, cōstrui- tur. Quare Valla lib. iiii. in uetiuarū in Pogiū, qui hac cō- structione, sed in alia significatione usus est, ita scribit: Nec aspirant positum ex usu eruditorum, quale est Cicero, Ad eam laudem aspirare non possunt, hoc est, non possunt pro- ximè accedere, ne afflatu quidem. Cōstruitur interdum cum tertio casu: sed fauere significat. Verg. libro i. Aenci. Aspi- rat primo fortuna labori. quod Seruius sic exponit: Aspi- rat, id est, fauet: ut, Aspirant auræ in noctem. Vnde auræ

fauor est, ut Gaudens popularibus auris. DA VENIAM.
Latine hoc dixit. Nam indulgentia, ut Valla libro I. profi-
tetur, longè aliud quàm uenia significat.

AD CARPENTEM

sua disticha.

Disticha quòd tenui mediter me carpis auena:
Non omnes possunt prælia flare tuba.

DISTICHA. Incusas me, inquit poëta, ô detractor,
quoniam geminos uersus tenui stylo pangam? q. d. non debes
eam ob rem me reprehendere: quia non omnes poëtae pos-
sunt stylo grādiloquo, prælia, & bellica certamina canere.
Sic Mart. lib. IX. Ingenium mihi Gaure probas sic esse pu-
sillum, Carmina quòd faciam quæ breuitate placent. ME-
D I. id est, cantē. Vergi. in Buc. Syluestrem tenui musam me-
ditaris auena. Seruius super eum locum: Meditaris per anti-
stichon dicimus: ab eo est enim quod Græci μεδῆτω dicunt I,
& d, inuicē cedunt: ut sella pro sedda. TENVIAVENA.
id est, humili stylo, ut idē interpretatur. FLARE id est, im-
genti spiritu, & carminū sono pāgere. Mart. lib. VIII. Nec
quenquam tanta bella sonare tuba: id est, sonoritate.

Flare.

AD EVNDEM.

Si labor in tenui est, si me non spernit Apollo:
Cur tibi sic nostri displicere sales?

SI. Si in tenui materia exornanda, qualis est disticho-
rum, labor est (ait poëta) quasi dicat, quem libenter tolera-
mus: & si Apollo, in cuius tutela sunt poëtae, non me asper-
labor, at natur, sed potius fauet: qua ratione nostri carminis lepores
tenuis nō tibi usque adeò non placuerūt detractor, ac liuide? Verg. lib.
gloria. III. Geor. In tenui labor, at tenuis nō gloria: si quē Numina

leua

leua sinunt, auditq; uocatus Apollo. Hoc autem ideo dixit:
quoniam ingens labor est, si fuerit materia exilis exornata:
maximus item res magnas prudenter tractare: quia facta di-
ctis ex æquāda sunt (inquit Sal.) SIMENONSPER. imò
amat, & mihi propitius est: per liptoten. ut, Munera nec
sperno (dixit Maro) NOSTRI SALES. id est, lepores,
& urbanitates: id enim numero pluratiuo significat. Marti.
in Xenijs: Postulat esse nouos ebria bruma sales. In singula-
ri uerò idem significat: sed sæpius cibariorum illud condi-
mentum, quo carnes in primis in corruptæ seruantur, quan-
uis Quint. li. VI. illud Catullianū, Nulla in tam magno cor-
pore mica salis: miror nō potius pro uenustatis gratia, quàm
pro ridiculo (ut ipse uoluit) accepisse.

AD VGOLINVM PATREM.

Nosti chare parēs, quā sim breuitatis amator:
Accipe delicias disticha parua meas.

NOSTIO. amabilis pater Vgoline compertum habes,
ait Verinus, quātū sim breuiloquij affectator. quasi inuat,
& ob eam causam nequeo tibi mittere librum, sed libellum:
sed accipe nihilò minus tenuis styli disticha, quæ ipse tāquā
delicias, & iucunditates meas habeo charas, tanquam mu-
nuscula. tibi parens. magis est poëticum. Festus: Parens uul-
gō pater aut mater appellatur: sed iuris prudentes, auos, & Parens.
& proauos, auias, & proauias, parentum nomine appellari di-
cunt. BREVI. id est, breuiloquij. Sanè breuitas, si obscurita-
tem pariat, uituperatur. Hora. in arte poëtic. Breuis esse labo-
ro, Obscurus fio. Sin autē perspicua est, nihil amabilius. Nā
Quint. cōterraneus noster lib. X. Thucydide his uerbis com-
mēdat: Densus, & breuis, & semper instans sibi Thucydi-
des. Mart. lib. viij. Disticha qui scribit, puto, uult breuitate

n 5

placere. P A R V A. id est, tenuis, atq; infimū characteris. Idē lib. xij. Quid minus esse potest? epigrammata scribere coepi. Idē lib. i. Et probetur in me nouissimum ingenium.

A D E V N D E M.

In lucem nostrī formidant prodere lusus:
Si prius emendes, nil V goline timent.

I N. Nostrī distichorum ioci, & sales metuūt ō pater V goline, fatetur Verinus, in publicam lectorum censuram sese dare: tamen si prius illos ipse qui longē doctrina præstas elimaueris, nil iam uerentur. Consueuerunt enim authores, et quidem speciosi, non solum de edendo dubitare, si uideatur, etiam delere: quare Suetonius de Augusto hæc tradit: Nam tragœdiam magno impetu exorsus, nō succedente stylo aboleuit: quærētibusq; amicis, quidnā Ajax ageret: respondit Aiace suum in spongiam incubuisse. I N L V. id est, extra bibliothecæ latebras. P R O D E R E. subaudiendum est, seipsos. est enim transitium. Verg. lib. ij. Aeneid. Prodere uoce sua quenquam, aut opponere morti. aliter non procedit; neq; pro uerbo prodire ponitur: quod absolutiuum est. E M E N D E S. id est, corrigas. Mar. lib. iij. Emendare meos una litura potest. L V S V S. propriè dixit, nam ludere dicuntur pœtæ minora pœmata componētes. Vergil. in Buc. Ludere quæ uellem calamo permisit agresti.

A D C A R P E N T E M I N G E N I U M,

& ætatem suam.

Me puerū dicis, quid tū? ingeniumq; reprēdis:
Sat mihi, si mores dixeris esse bonos.

M E. Me contemnendo uocas puerum, ō detractor, rogat Verinus, quid ulterius inuenis, uidelicet carpendum, & repre

reprehendis naturalem sapientiam, tanquam puerilem: satis mihi habeo, inquit, si dixeris quod non potes negare, esse mihi, uidelicet honestos mores. & stomachabundus hoc dicit. q. d. idem quod Ecclesiasticus ca. iij. Melior est puer Melior pauper, & sapiens, rege sene, & stulto: qui nescit præuide est puer re in posterum, quod carcere, cathenisq; interdum quis egrè pauper, diatur ad regnum: & alius natus in regno inopia consumatur. P V E. quasi dicat, imprudentem. sicut Lucret. libro iij. rege sene Nec prudēs sit puer ullus. sed ille de communi puerorum natura locutus est. Q V I D T V M. id est, quid præterea, subaudi, dicis, uel inuenis reprehendendum. D I X E R I S. quia hoc fateris. non enim negare potes. & in senem uidetur totum distichon detortum.

A D E V N D E M.

Ætatem incusas, nequeas quū carperemores:

Naturam insanæ est carpere mentis opus.

A E T A. Culpas pueriles annos, ait in eundem senem radicidum pœta (cuius nomini more Christiano parci) quum mores non ualeas damnare. O impudēs, carpere, inquit, naturam, quæ me nondum uirum fecit, quod tu facis, hominis est desipientis. Aristot. lib. i. Ethic. Nil autem differt, ætate quis sit iuuenis, an moribus. Vnde colligimus uice uersa: Nil etiam differre, ætate quis senex, an moribus. Sanè tanta est mortalium inuidia, ut quoties nequeunt unam rem, carpant alteram, sicuti pœta hoc loco queritur: sic mihi obijciunt quidam zoili, quoniam commentarios in Mich. Verinum ediderim, pueriles me paginas reposuisse: at ego multo aliter sentio: sed reprimam me, & adnitar quoad fieri queat. C A R. id est, mordere. Carpere, ut Valla lib. v i. docet trahere, sensimq; auellere: sumitur etiam pro reprehendere.

Mart.

Mart. lib. i. Carpere uel noli nostra, uel ede tua. NATV. id est, Deum. Silius lib. iij. Punicorum: Heu primæ scelerū cau-
sæ mortalibus ægris, Naturam nescire Deum.

QVIS SENEX LAUDANDVS.

Vt laudanda senis probitas, ita fœda senectus
Culpanda est, turpi quæ maculata probro.

VT. Quemadmodum senis uirtus laudibus extollenda est, assue-
rat Michaël, ita libidiosa senectus, quæ fœdo ui-
tio inquinata est, damnanda. Ecclesiasticus cap. xxv. Quæ
speciosum canitiæ iudicium, & presbyteris cognoscere cõ-
siliium. Vnde Cato apud Cic. de Senect. ita alloquitur Scipio
nem, & Lælium: Quocirca si sapientiam meam admirari
soletis, quæ uimã digna esset opinione uestra, nostroq; co-
gnomine, in hoc sumus sapiētes, q̄ naturã optimã ducē, tan-
quã Deū sequimur: eiq; paremus, à qua nō uerisimile est, cū
ceteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremū tanquã ab
inerti poëta esse neglectū. Cic. lib. i. de Offi. Nil autē magis
cauendū est senectuti, quàm ne languori, desidieq; se dedat:
luxuria uerò cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdis-
sima est. FOEDA. id est, turpis, uel deformis. Mar. Fœdum
cõsuetudine est deforme. Teren. in Eunu. Nūc tibi uidetur fœ-
dus, quia illam non habet. PROB. id est, uituperio. Sallust.
in Cati. Quam censors à Senatu probri gratia amouerant.
OTIA. Otiositas tanquam mors hominum uiuentium est,
ô Canisiane (inquit Verimus) & existimo quidem otia esse
tanquam sepulcrum uiri imperiti, & ignauu uiuentis. Vn-
de Ecclesiasticus cap. xxxij. Multam enim malitiam docuit
otiositas. Profectò hoc ideo sentit, quoniam homo indoctus,
qui quicquid nullius artis bonæ peritiam habet, sicut is, qui mor-
tuus est, ac uita defunctus, nihil omnino efficit. Verg. lib. ij.
Aeneid.

Aeneid. Inuadunt urbem somno, uinoq; sepultam. q. d. otio,
& relaxatione perditam.

AD CANISIANVM, QVOD

otium est sepulcrum hominis.

Otia mors hominum est: spirantis & esse se-
pulcrum

Arbitror indocti, Canisiane, uiri.

OTIA MORS HOMI. est: bona est grammatica: ut
uiciniore substantiuo detur uerbum. Luca. lib. iij. Phar. Om-
nia Cæsar erat. Et licet grammatica uiceuersa pateretur,
ut dicamus, Cæsar omnia erant: tamen naturalis ratio alte-
rum sensum inducit. Vnum enim est dicere, Ego sum omnia,
alterum Omnia sunt ego. SPIR. id est, uiuentis. Mart. in Xe-
nys: Spirat in aduecto sed iam piger æquore mulus. INDO-
CTI. id est, nullius artis, & ministerij.

SIGNVM EST AETERNÆ

ruinæ felicitas improborum.

Desine mirari, æternæ sunt signa ruinæ,

Prospera quum uideas tot geminata malis.

DESI. Omitte admirari (hortatur poëta) subaudi res
prosperas: nam quum uideas res prosperas tot huius mundi
malis cõiunctas, perpetuæ cladis sunt indicia, & prodigia:
quasi innuat, mala potius in uita debere tolerari, quàm feli-
cia à Deo optari, secundum illud Salo. Prouer. cap. iij. Quæ Quem di-
enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio cõpla ligat Do-
cet sibi. Luca. lib. i. Phar. O faciles dare summa deos, ea-
demq; tueri Difficiles. GEMI. id est, iuncta. Hora. in arte corripit.
poë. Serpentes aibus gementur, & tigribus agni.

INGRATVS EST, QVI SINE
usura grates reddiderit.

Reddiderit quis quis paruas sine fœnore gra-
Conuincã ingratũ Canisiane uirum. (tes,

REDDIDE. Quicumq; modicas gratias, & non sine
usura quadam, hoc est, maiore quàm beneficium acceperit,
copia retulerit (asseuerat uates) condemnabo eum ô Canisia-
ne, tanquam hominem ingratum, & illiberalem. Sap. cap.
xvi. Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabe-
scet: & disperiet tanquam aqua superuacua. Nam Cic. lib.

Nullum I. de Offic. ita scribit: Nullum enim officium referenda
officiũ re gratia magis necessariũ est. Quòd si eaquæ acceperis utẽda,
ferenda maiore mēsurā, si modò possis reddere iubet Hesiodus, quid=
gratia ma nam beneficio prouocati facere debemus? an non imitari a=
gis neces= gros fertiles, qui multò plus afferũt quàm acceperint? RED.
sarium. GRA. id est, retulerit gratias. Nã referre gratiam, uel gra=
tias dicimus: ut ex Valla suprã memorauimus, quare reddere
gratias, parum usitatum opinor, & si Teren. in Eunuc. di=
cat, Reddam uicem hercle. quum præserim paulò superius
dixisset, Qui referam sacrilego illi gratiam. CONVINC. id
est, condemnabo. Sallu. in Catilina, Cõuicti iudicijs: aut pro
factis iudicium timentes.

POETAE MVLTAE LE=
ctione est opus.

Instar apes debes uarijs excerpere libris,
Mellifluo ut manet dulcis ab ore liquor.

INSTAR. Ad morem apes debebis quicumq; in poëtã
euadere moliris (hortatur musarum sacerdos) ex multis ac
diuersis antiquorũ uoluminibus colligere, ut ab ore tuo sua=
uissimo.

uissimo mellitum defluat carmen. Sic Lucre. li. iij. Floriferis
ut apes in saltibus omnia libant, Omnia nos itidem depasci-
mur aurea dicta, Aurea perpetua semper dignissima uita.
Hora. item in arte poë. ad hunc modum præcipit: Vos exem-
plaria Græca, Nocturna uersate manu, uersate diurna. EX-
CER. id est, corradere, & colligere. & subaudi, optima
quæque: est enim excerpo transitiuũ. DVLLIQVOR.
id est, suaue carmen. OREMEL. id est, suauiloquenti.

SE QVISQVE METIATVR,
& alijs erit æquus iudex.

Te perpẽde prius, nec det tibi purpura fastũ:
Ut tibi sic alijs arbiter æquus eris.

TEPER. Nosce prius temetipsum, ac iudica (monet
Michaël) nec tibi uestis purpurea superbiam atque molestiã
moueat. nam si iustus tui ipsius iudex fueris, eris etiam & a-
liorum. q. d. non aliter. Sic Iuue. saty. xi. illud Chilonis, ut
Plini. lib. vij. perdocet in templo Apollinis Delphici aureis
litteris scriptum celebravit, dicens, E' cœlo descendit, τὸ αὐτὸν
σταντόν. id est, cognosce te ipsum. Ecclesi. c. xxxi. Intellige
quæ sunt proximi tui ex TEIPSO. Persi. sat. iij. an deceat
pulmonẽ rumpere uentis? Stemmata quod Tusco ramum mil-
lesime ducis? Censoremq; tuum, uel quòd trabeate salutas,
Ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui. PER.
id est, percipe, & cognosce. PURPURA. id est, uestis Restituit
purpurea. de purpura suprã dictum est super illum uersicu= quædam,
lum: Infœlix patria est pueros ubi purpura uestit. Sed im= depraua=
pressorũ inaduertentia factum est, ut plus dimidia interpre= ta suprã.
tatione illius distichi prætermiſsa fuerit, quæ debet ei loco
restitui. Ea est huiuscemodi quam ego in archetypo meo his
uerbis habeo: Iuuenibus nō amplius una ueste uti, toto anno
permi

permissum. Nec quenquā cultius altero progredi, nec epulari opulētius, ne imitatio in luxuriā uerteretur. Et Iuu. sat. iij. ita exclamat: Quis pauper scribitur hāeres? Quādo in cōsilio est a dilibus? agmine facto Debuerāt olim tennes migrasse Quirites. Et quod paulō antē dixerat: Exeat (inquit) si pudor est, & de puluino surgat equestri, Cuius res legi nō sufficit: & sedeāt hīc Lenonū pueri quocūq; in fornice nati. Hīc plaudat nitidi praeconis filius inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; lanistae. Latēter autē Romanorū luxuriā carpit: apud quos pueri patritiorū impuberes praetexta utebātur: quanuis Plinius li. i. x. ita memoret: Purpureus color pro maiestate in pueritia est: distinguit ab equite curiā. P V R P V. id est, purpurea uestis. Purpuræ cōchylia sunt, sicut & murices, quarū sanguinis flore purpureus pannus tingitur. Plin. eodē li. Sed purpuræ florē illū tingendis expetitum uestibus, in medijs habent faucibus, liquoris hic est minimi in candida uena: unde pretiosus ille bibitur nigrantis rosae color subluens. Reliquum corpus sterile. Totum hoc de-
Arbiter. fuit. A R B I. id est, iudex. Cic. lib. i. de Offic. Arbitriū Nolanis, & Neapolitanis de sinibus agri à Senatu datum.

VIRTUTIS PRINCIPIVM

asperum, finis amoenus.

Est opus incepto, finis uirtutis amoenus:

Principijs quanuis aspera prima uia est.

E S T. Necesse est (inquit poëta) incipere, subaudi incumbere uirtuti: quia uirtutis finis iucundus est: quanuis prima principij uirtutis uia est ardua. Hesiodi primum hęc sententia, quam Vergilius de litera Pythagoræ ita mutatus est. Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem, Difficilem

cilemq; aditum primum aspectantibus offert, Sed requiem præbet fessis in uertice summo. I N C O E P T O. id est, incipere. et Sallustianē locutus est in Catilin. Tātum incepto opus est: cætera res ipsa expediet. & ablatiuus est pro infinitiuo. Tantum incepto opus est. Priscian. in minori arte libro ij. ablatiu quoque pro eorum infinitis: ut idem in Catilinario: Nam & prius quā incipias consulo, & ubi consulueris, maturē factō opus est. pro consulere, & facere. A M O E N V S. id est, amabilis. Festus: Amœna dicta sunt loca, quæ ad se amanda alliciant, id est, trahāt. uel quia sine munere, id est, fructu. Et est, ab a, quod est sine, & munus. P R I N C I P. id est, primi initij. Aristot. libro i. Ethicorū: Videtur enim plusquā dimidium totius esse principium.

VOLVPTAS PESTIS IUVENUM, & SENUM EST.

Vis fieri felix? est debellanda uoluptas:

Hęc iuuenū exitiū est, pestis & illa senum.

V I S. Appetis effici fortunatus, sciscitatur Michaël, omnis morum dissolutio est abs te peruincenda: quia hęc est pessimus iuuenūq; senumq; exitus. Arist. lib. i. Ethic. Enimvero felicitatem esse summum bonum, manifestum est. Idem in eodem libro: Nam uoluptatē suscipere, est animalū. Cic. lib. i. de Offi. Ex quo intelligatur, corporis uoluptatem non satis esse dignā hominis præstantia, eamq; cōtemni, & reijci oportere. Sin sit quispiā, qui aliquid tribuat uoluptati, diligēter sciat ei tenendū esse modum eius fruēdæ. D E B E L L A N D A. id est, bello uincēda. Vall. lib. v. Debelle, est bello uincere, aut bello capere. Expugnare pugnādo capere: uel potius pugnādo, uel oppugnādo uincere. E X I T I. id est, pessimus finis. P E S T I S. id est, tanquam uenenum pessimum.

IACTANTIA EST
omnibus inuisa.

Omnibus inuisa est stolidæ iactantia mentis:
Dum de te loqueris, gloria nulla tua est.

OMNI. Cunctis mortalibus est odiosa imprudentis ani-
mi ostentatio (asseuerat poëta) quare dum temetipsum extol-
lis, nulla fama, nullaq; celebritas tibi superest. Vnde illud
Sapientia uice uersa ab Ecclesiastico cap. xi. scite dictum est: Sapien-
tia humiliati exaltabit caput illius: & in medio magnato-
rum confedere illum faciet. INVI. id est, faciens inuidiam,
bit caput siue inuidiosa. Nam Valla lib. i. Inuidiosum utiq; cum à uer-
bo descendit, passionem significare, id est, eum cui inuidea-
tur, tradit. Idem quoque author statim subiicit secus signifi-
care, cum à nomine uenit, id est, actione: ut res inuidiosa, id
est, quæ atrocitatem facti augens, inuisum illius authorem fa-
cit. Omnia hæc recte, & multa scite Valla excogitauit: sed
styli eum defecit perspicuitas. Neque enim in præcipiendo
habuit oratoriam maiestatem: sed inter dialecticam asperi-
tatem, & satyricam acerbicatem fatigatur. IACTANTIA,
id est, sui ipsius dilatatio. Verg. lib. vi. Quem iuxta sequitur
iactantior Ancus. GLO. id est, consentiens laus bonorum:
ut Quintilianus definit. Inter gloriam autem & claritatem,
ut Seneca libro xvij. epistolarum moralium testatur, hoc
interest: quod gloria multorum iudicijs constat, Claritas bo-
norum.

QVAE CARENT EFFECTV
tentanda non sunt.

Quæ fieri nequeunt prorsus tentare recuses:
Ingenij debes pondus habere tui.

QVAE

QVAE. Oportet omnino abstinere ea conari, inquit uates,
quæ effici non possunt: quoniam pro ingenij tui qualitate, ti-
bi onus imponere debebis. Salo. Prouer. cap. xxij. Ne eri-
gas oculos tuos, ad opes quas non potes habere: quæ facient
sibi pennas quasi aquilæ, & uolabunt in cælum. Hora. in ar-
te poë. Commisisse cauet, quod mox mutare labore. Mart.
lib. xij. Qui sua metitur pondera ferre potest. PRO. id est,
omnino. & est aduerbium significationis intè suæ. HABE-
RE. id est, sustinere, uel assumere.

NIL NOVI SAPIENTI
contingit.

Prouidet è specula sapiens quæcumq; futura:
Assuetusq; malis nil nouitatis habet.

PROUIDET. Vir prudens, ac sapiens negotia futura
tanquam ex specula, & loco edito prospicit (ait Verinus)
atque idè laboribus, aduersisq; rebus assuefactus, nihil no-
ui, quod non multò antè intellexerit, deinceps deprehendit.
Cic. lib. i. de Offi. Homo autè qui rationis est particeps, per
quam consequentia cernit, causas rerum uidet, earumq; pro-
gressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines
comparat, rebusq; præsentibus adiungit, atque adnectit fu-
turas: facile totius uitæ cursum uidet. Terē. in Adel. O De-
mea, isthuc est sapere, non quod ante pedes modò est uidere,
sed etiam illa, quæ futura sunt, prospicere. Vergilius libro i.
Aenei. Non ignara mali miseris succurrere disco. PROVI.
id est, procul uidet, & prospicit. SPEC. id est, tanquam ex
loco eminentiori, unde latius sit prospectus. Verg. libro iij.
Aene. Dat signū specula Misenus ab alta. Mart. Specula, et
speculum, genere & significatione differunt. Nam specula
difficiliam significat. NIL NOVI. id est, nullam nouita-

tem: casus pro casu, & est proculdubio emphasis. Teren. in And. Quot illic hominum litigant. id est, quot homines.

SAPIENS NIHIL

inuitus facit.

Nil facit inuitus sapiens: exire recusas

Quod uitare nequis? uelle necesse tibi est.

NIL. Nullum negotium uir sapiens contra uoluntatem suam facit, asseuerat poëta. q. d. quoniam quodcumq; facturus est siue prosperum, siue aduersum, sponte facit, quia uidet non licere sibi effugere. Deinde exclamat poëta in stultum aliquem dicens, Recusas euadere & perferre quod non potes euitare: frustra, inquit, conaris, quia magis necessariū tibi est uelle, & patienter tolerare. Aristo. lib. primo Ethicorum: Virum enim uerè bonum, & sapientem arbitramur omnem fortunam decenter perferre, ac semper pro facultate Feras, nō rerum optimè agere. Publius apud Aul. Gellium libr. xvij. culpes, Feras, non culpes, quod uitari non potest. EXIRE. id est, quod uita tolerādo superare. VELLE NECES. id est, cogeri uelle: ri non po quia uitari non potest. Sic Luc. lib. i. Phar. Iussa sequi: tam test. posse mihi, quam uelle necesse est.

PVLGHA VESTIS NON

facit egregios uiros.

Si toga crassa mihi est, spernor, si trita lacerna est:

Num facit egregios purpura picta uiros?

SI. Si toga uestis est mihi sordidata, contemnor (inquit Verinus) & si lacerna uestis est mihi rosa colore iā amisso, etiā cōtemnor: rogat deinde, nūquid purpurea toga, atq; auro intertexta facit uiros electos, et optimos? quasi dicat, mi-

nimè

nimè gentiū. latenter uulgus carpit, quòd bellè uestitos uiros bonos putat. Vnde Eccles. cap. ix. Quomodo ergo sapientia Verba pauperis contēpta est? & uerba eius non sunt audita? uerba pauperis sapientiū audiūtur in silētio, plusquam clamor principis in- non sunt ter stultos. Cic. itē lib. Tus. iij. præclare illud reliquit testatū: audita. Hinc Cæcilianum illud: Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapiētia. Cum enim paupertatis una, eademq; sit uis, quidnā dici potest? TOGA. id est, uestis illa Romana. Var. lib. i. Toga à tegēdo dicta. Marcellus: Toga dicta est à tegēdo: & est toga, sicut in consuetudine habetur, uestimētum quo in foro amicimur. Cuius & Cicero meminit in Cati. Velis amictos, non togis. CRASSA. id est, sordidata, qualem pauperiores gestant, qui togati dictitantur. LACER. uestis, de qua Festus ita profutetur: Lacerna, quia minus capitiō sit. Sanè in uestibus præterquam in paucis, non est certa ratio. PURP. PICTA. id est, toga picta: sic enim genus quoddam toge appellabatur. Macrobius libr. i. Saturnaliorum: Tullus Hostilius rex Romanorū tertius, debellatis Hetruscis sellam curulē, lictoresq; & togā pictam, atq; prætextā, quæ insignia magistratuū Hetruscorū erant, primus ut Romæ habere tur instituit. Sed prætextā illo seculo puerilis non usurpabat ætas. Erat enim, ut cætera, quæ enumerauī, honoris habitus.

DE EADEM RE.

Si modò me spernis, mutata ueste redibo:

Quod mihi non dederis, uestibus ipse dabis.

SI. Si me nunc aspernaris, quum mihi toga est crassa (testatur Michaël) toga permutata alia noua lacerna, o homo imprudentissime, reuertar: & quod honoris mihi nunc negaueris, tunc ipsis saltem melioribus, ac recetioribus togis, lacernisq; dabis. Iuuenalis sat. v. Plurima sunt, quæ non au-

dent homines pertusa dicere *lena*. Cice. lib. i. de Offi. de haere ad huc modum praecipit: Adhibenda est praeterea mūditiā nō odiosa, neque exquisita nimis: tamen quae fugiat agrestem, & inhumanam negligētiam. Eadem ratio est uestitus, in quo sicut in plerisque rebus mediocritas optima est. MARTA. VES. id est, alia noua, & non crassa. QVOD. subaudi, honoris. IPSE. id est, tu. et habet emphasim: quasi dicat, qui solas uestes ueneraris.

DE EADEM RE.

Oblatrant tritis catuli plerumq; lacernis:
Ne latres, nobis uestis habenda noua est.

OBLATRANT. Consueuerunt parui canes (subiungit poeta) aduersus uestes semiruptas oblatrare: quod ipse in meas facis: quamobrem ne posthac latres, noua uestis habeatur à me oportet: quasi dicat, quia tu illas speciosiores gestas, meas despicias: tamē deberes potius meminisse quod *Eccl. In uestitu clefasticus cap. xi.* hortatur: In uestitu ne glorieris unquam: ne glorie nec in die honoris tui extollaris. An fortasse tibi placet quod *Iuue. saty. vij.* dixit: Rara in tenui facundia panno. Cum praesertim ironicōs loquatur. OBLA. id est, obloquuntur, & detrahunt. CATV. id est, nouelli canes. Valla libro iij. Catuli sunt ferarum, siue mitium siue immitium. Nam & catulos murium legimus. Pulli uerò pecudum. Foetus auium, & piscium: quanquam & hoc generalius nomen est: unde foetificare, pro parere: & foetura pro partu, ad omnia animalia muta pertinent.

AD DETRACTOREM.

Nullius ingenij tanquam sint disticha carpis:
Tu nil quum scribas, quale tibi ingenium est?

NVL

NVLLIO. O detractor (exclamat Michael) culpas, & reprehēdis mea disticha sententiarum, quasi nullius ingenij, nulliusq; *Mineruae* illa fuerint: sed tibi quum nihil reponas, neque grandiloquum, neq; attentatum, quale huiuscemodi, obsecro, ingenium est? quasi dicat, nullum, opinor, ingenium est eius, qui nihil reponit. Mart. quoq; lib. i. alio bona fide *Martiaz* sensu, tamē eodem affectu illud prodidit: Scribere me quereris uelox epigrammata longa: Ipse nihil scribis, tu breuiora facis. DISTICHA CARPIS. Cacephaton fecit. Vergilius lib. ij. Aene. Iuuat ire, & Dorica castra.

QVOD NON SVMVS
mancipia corporis.

Quum sit missa tibi mens alto libera caelo:

Num uis mancipium corporis esse tui?

QVVM. Lemma est proponēs, ueluti quandam conclusio. Lemmata. nem. Quod non sumus uidelicet serui corporis, sed potius domini & gubernatores. Sane uerò pleraq; huius diuini uastis lemmata, siue potius argumēta quasi *Ciceronis Paradoxa*: hoc est, praecpta admirabilia, quae habentur praeter opinionēs hominū sunt. Quale est illud: Omnes sapientes liberos esse: & stultos omnes seruos: quod est huic proximum, cuius est sensus: Quū anima sit tibi missa libera à sublimi caeli regione: nunquid deliberas te immundi corporis esse seruum? *Sapient. cap. ij.* Quoniam Deus creauit hominem inextimabilem, & ad imaginē similitudinis suae fecit illū. Inuidia autē diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illū, qui sunt ex parte illius. *Ecclesiastes cap. vij.* Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quaestionibus. Vergil. quoque

o 4

tametsi ethnicus, lib. vi. illud scripsit: Igneus est ollis uigor,
 & celestis origo. Seminibus: quatum non noxia corpora tar-
 dat, Terreniq; hebetat artus, moribundaq; membra. Hinc me-
 tuunt, cupiuntq; dolent, gaudetq;: nec auras Respiciunt clausae
 tenebris, et carcere caeco. LIB. id est, uitij non obnoxia. Sal.
 Sallustius de animo. in Iugur. Animus incorruptus aeternus rector humani gene-
 ris agit, atq; habet cuncta, neq; ipse habetur. MANCIP. id est,
 seruus. Var. lib. ij. Dictum a manu mancipium, quod manu capiatur.

AD DETRACTOREM.

Sectantem patrias artes, & inutile carmen

Me carpis: tu quid desidiosus agis?

SECTAN. O detractor (exclamat uates) mihi uitio das,
 & reprehendis imitantem patris mei Vgolini disciplinas, &
 carmen, quod tu inutile, ac superuacaneum uocas: tu igitur
 ignauus, quid melius agis? Plin. in praefatione naturalis histo-
 riae de detractoribus: Paratos fuisse istos, qui obtreptione
 alienae scientiae famam sibi aucupantur. SECTAN. id est, imi-
 tantem: inde philosophorum sectae appellabantur. DETRA-
 CTOR. appellat eum, qui alienae, hoc est, suae scientiae famam di-
 minuebat: quales Cato eodem Plin. ibidem authore uilitigato-
 res uocat. dictus est autem a detrahendo, hoc est, detractando. Fe-
 Detracta stus: Detractare est male tractare. QUID DES. Sic Mar-
 tia. li. viij. Dic mihi quid melius desidiosus agis? & signifi-
 cat actiue: quonia (et si in osus finitur) a uerbo uenit: ut Val-
 la lib. i. proficitur aliquando diligentius, quam Gell. lib. xix.

NON EST CREDENDVM

blando adulatori.

Qui te plus solito demulcet carmine blando,

Te capere insidijs nititur ille suis.

QVI

QVI. Qui tibi, o lector, plus quam alias solebat blan-
 dis uerbis palpatur, asseuerat Verinus, ille ipse decipere suis
 illecebris contendit. Hoc sicut multo superius in adulatorem
 dictum est: de quorum hominum genere Aristoteles libro iij.
 Ethicorum ita refert, atq; disserit: Qui autem placere stu-
 det, si uoluptatis causa, nec ob aliud quicquam id agit: lasci-
 uus dicitur. Si uero ut utilitatem quandam inde adipiscatur
 in pecunijs, aut in re pecuniaria, adulator. Cic. li. i. de Offi.
 Iisdemq; temporibus cauendum est, ne assentatoribus patefa-
 ciamus aures: nec adulari nos sinamus, in quo falli facile
 est. DEMVL. id est, blanditijs captat. & quod est tactus, ad
 animam transtulit. Terent. in Heau. Non possum pati, quin ti Terentius
 bi caput demulceam. CARM. BLAN. aut re uera carmi-
 ne adulatorio intelligit: sicut quidam poetae diuitioribus so-
 lent epigrammatis blandiri: aut pro uerbis licet accipere.
 CAPERE. decipere. INSI. id est, callidis adulationibus.

VITANDA SVNT

contagia culpa.

Ceu colubrum fugias blandae contagia culpa.

Quis non foedatur, si pice tactus erit?

CEV. Fugias lubrici peccatoris coniunctiones, horta-
 tur Michael, tanquam serpentem, quoniam quis non com-
 maculabitur, si pice aspersus erit? q. d. quicumq; Salo. Pro- Salomon
 uer. cap. xxij. de meretrice: Ingreditur blandae, & in nouis- de mere-
 simo mordebit ut coluber: & sicut regulus uenena diffun- trice.
 det. Eccles. cap. xij. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: Qui teti-
 & qui communicauerit superbo, induet superbiam. COLV. gerit pi-
 id est, serpentem: qui coluber quasi colens, & inhabitans um ce, inqui-
 bras dicitur: nam hyberno tempore sub terra se abscondit. Ver. nabitur
 li. ij. Aenei. Qualis ubi lucem coluber mala gramina pastus, ab ea.

o s

Frigida sub terra tumida quem bruma tegebat. **CONTA.** id est, coniunctiones, ut supra dictum est. **PICE.** id est, illo liquore crasso, qui sicut resina ex arboribus quibusdam defluit, ut puta ex pino, cedro, alijsq; Plin. libro xiiij. Arborum succo manatium picem, resinamq; alie ortae in Oriente, alie in Europa feruntur. Idem aliquantò inferius: Pix in Italia ad uasauino condedo maxime probatur Brutia. Fit è picea resina. In Hispania autem è piceastris minime laudata. **TACTVS.** id est, unctus.

RES PRECIBVS VENDITA
cara est.

Quod precibus uēdis, pretiū tibi uile uidetur:
An mihi res emitur carior ulla prece?

QVOD. Quod mihi uendis precibus solis, quibus tibi supplico, uidetur tibi perquam exiguum pretium (rogat poëta) quasi preces minimum pretium existant: nunquid res ulla mihi potest uendi (iterum rogat) magis cara prece? q. d. non. Vnde Cic. in lib. de Amici. Hæc igitur prima lex amicitiae sancitur: ut ab amicis honesta petamus, amicorū causa honesta faciamus: neq; expectemus qdē dū rogemus, sed studium semper adsit, cūctatio absit. **PRETIUM VILE.** id est, minimum. Aduertendum nescio quomodo dici, Quod precibus uendis, pretium tibi uile uidetur. pro eo quod rationabilius diceretur: Quod precibus uendis, uili pretio tibi uendi uidetur. Aduertendum item nescio quomodo possit dici, An mihi res emitur carior ulla prece: pro eo quod rationabilius quoque diceretur, An mihi res ulla emitur carius, quam illa quæ emitur prece. Huiusmodi sunt illæ dicendi improprietates, quas Valla, cui tametsi plus æquo subtili, atque ut de Lucretio dixit Quintil. difficili, multum debemus

debemus, li. i. ad hūc modū excitauit: Ego sum maior uiginti annis: pro eo quod est, ego sum maioris ætatis eo qui est uiginti annis: uel maioris ætatis uiginti annorum. Et sum nis, diditior opinione hominum: quasi opinio hominum diues sit, tior opinio non sic accipi debet: sed, magis quam opinio hominum nione hominum sentit, uel quam homines opinantur.

MEVM, ET TVVM SVNT
omnium malorum causa.

Si duo de nostris tollas pronomina rebus,
Prælia cessarent: pax sine lite foret.

SI. Si duo pronomina deriuatiuæ formæ, hoc est, meus, a, um: tuus, a, um, de rebus nostris familiaribus excludas, (testatur Verinus) prælia continuo desisterent, & pax sine omni forensi controuersia præstò esset. Sallu. in Cati. Igitur in initio reges (nam in terris nomen imperij id primum fuit) diuersi pars ingenium, alij corpus exercebant. Etiam tunc uita hominum sine cupiditate agitabatur. Sua cuiq; satis placebant. Postea uerò quam in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonij, & Athenienses capere urbes, atq; nationes subigere, libidinem dominandi causa belli habere, maximam gloriam in maximo imperio putare, tum demum periculo, atq; negotijs compertum est in bello plurimum ingenium posse. Verg. li. viij. Deterior donec paulatim, ac decolor ætas, Et belli rabies, & amor successit habedi. **DVO.** id est, meus, a, um, & tuus, a, um, & accuratè dixit duo. neq; enim dixisset bina, nisi poëtice, ut Verg. lib. viij. Aeneid. Frænaq; bina meus quæ nūc habet aurea Pallas. Ibidem Probus, & interpres Seruius sic tradit: Frænaq; bina poëtice: nā duo debuit quibus a dicere: Bina enim secūdū Ciceronē nō dicuntur, nisi de his q̄ pud Cic. sunt numeri tātū pluralis. Nā Ci. culpatur filiū per epistolam dicens

dicens malè eum dixisse literas duas, quum literæ quoties epistolam significant, numeri tantum pluralis sunt: contra epistolas binas non dicimus, sed duas. **PRAELIA.** id est, ipsa armorum certamina, ut Valla libro iij. profitetur. **SINE LITE.** id est, sine litigio. Vlpianus: Litis nomen, actio nem significat: siue in rem, siue in personam sit.

QVI SEMINAT DISCORDIAM, ærumnam metet.

Qui mala uipereis iactabit semina sulcis:

Martis & ærumnæ tristia grana metet.

QVI. Qui seditiosas mali occasiones in uenenosis, & bello paratis hominum animis seminauerit (ait Michaël) colliget. **Qui semiget infelices belli, atq; laboris fructus.** Salo. c. xxij. **Qui seminat iniqui nat iniquitatem, metet mala: & uirga iræ suæ consummabitur.** **Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi.** **IACTA.** id est, cōmittet, spar- get. **MAR.** id est, belli. & est metonymia. Varro li. i. Mars ab eo quod maribus in bello præest, aut quod à Sabinis receptus est ibi Mamers. **AERVM.** id est, ægritudinis, & laboris. Cicero li. secūdo de fini. bo. & mal. Aerumnas nostri labores non fugiendo nominauerunt. Vniuersum autem distichon in agriculturæ est metaphora.

DE MORBO SVO.

Mutauit stomachum diri uiolentia morbi:

Hei timeo faciet quid mihi scæua lues.

MVTAVIT. Ingens uis ac potentia crudelis morbi stomachū mihi mutauit, queritur Verimus. q. d. ideoque nō potest cibum cōcoquere: quare, hei mihi, metuo ista morbi mei pestis quorsum euadat. Timet autem mortem: quoniam (ut

Ari

Aristote. libro i. Ethicorum testatur.) Terribilissimum omnium mors. Hæc enim finis: nec quicquam præterea bonum, uel malum mortalibus uidetur esse. **MVTAVIT.** id est, ab incolumitate in periculum deiecit: metaphora à uentis sumpta, qui mare tranquillum in procellosum agunt. Vergilius libro v. Mutati transuersa fremunt: & uespere ab atro Consurgunt uenti. **STOMA.** id est, ut sic loquar, uentriculum: ubi cibum non concoquit, mors instat. Iuuenalis saty. iij. Plurimus hic æger moritur uigilando: sed illum Languorē peperit cibus imperfectus, & hærens Ardenti stomacho. **LUES.** id est, morbus. Valla libro iij. Lues & pestis hoc differunt, quo genus & species. Nam lues, uel in Pestis. homines, uel in pecora, etiam in arbores dicitur. Pestis uerò, aut citò occidit, aut citò abit, uti idem tradit.

QVAE SCIMVS DOCERE, & quæ ignoramus discere debemus.

Quæ nosti impertire libens, facilisq; roganti Esto: quæ nescis, discere ne pudeat.

QVAE. Ea bonorum disciplinarum documenta, quæ ipse habes comperta, ultro docere debebis (monet poëta) & interroganti de re quapiam, esto non difficilis in respondendo: quæ uerò ignoras, interrogando discere non erubescas. Vnde Ecclesiasticus capite xxxvii. Vir peritus multos erudiuit, & animæ suæ suauis est. Qui sophisticè loquitur, odibilis est: in omni re defraudabitur. Idem paulò inferius: Vir sapiens plebem suam erudit: & fructus sensus illius fideles sunt. Salom. Prouer. capite xix. Non cesses audire fili doctrinam: nec ignores sermones scientiæ. Hora in arte poëtica: Cur nescire pudens præuè, quàm discere malo.

lo. IMPER. id est, distribue, & participem fac. Terent. in Eunu. Plurima salute Parmenonem Summum suum impertit Gnato. Et impertio, uel impertior, sub alterutra uoce uariatur, & impertior te salute: uel impertior tibi salutem, usitate loquimur. ROGANTI. id est, scitanti.

DIVITIAE MALE PARTAE
hostibus relinquuntur.

Cur tibi diuitias cumulas? cui congeris aurū?

Hostibus an nescis hęc cumulare tui?

CVR. Qua ratione tibi diuitias auges, rogat auarum Verinus, & cui auri pondera coaceruas? nunquid ignoras has diuitias, per omnia scelera quę sitas, te hostibus comparasse tuis? Salo. Prouer. cap. xxij. Qui calumniatur pauperem, ut augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit. Eccles. ca. xl. Substantię iniustorum sicut fluiuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. Vnde Persius saty. vi. Nunc nunc impensius unge, Unge puer caules, mihi festa luce coquatur Vrtica, & fissa fumosum sinciput aure, Ut tuus iste nepos olim satur anseris extis, Cum morosa uago singultiet inguine uena, Patritię immetat uulua: mihi trama figurę Sit reliqua: ast illi tremat omento popa uenter. HOSTI. id est, inimicis. Mar. Hostimentū, est æqua mentū: unde & hostes dicti sunt, qui ex æqua causa pugnant.

AD FACTIOSVM.

Cur miser insedis numeroso milite septus?

Quę mala custodes tot peperere tibi?

CVR. Quidnā, o miserande (rogat poëta) multis satellitibus, stipatorijsq; militibus adglomeratus in tuis factionibus nadis? quę mala commisisti tanta, quę tam multos coegerunt

accer

accerere custodes? Salomon Prouerb. cap. xi. Iustitia rectorum liberabit eos: & in insidijs suis capientur iniqui. Idem cap. xxviii. Fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absq; terrore erit. Cice. item libro secundo de Offi. Etenim qui se metui uolent: a quibus metuuntur, eosdem metuant ipsi necesse est. FACTIO. id est, factionosum. Valla li. iij. Factio est diuisio ciuiū in diuersa studia, quū aliqui se principes, ac primarios in ciuitate efficere conantur: inter quos æmulatio est, qui & factiosi dicuntur: & recte Valla. Sall. in Cati. Erat eodem tempore Cn. Piso adulescens, nobilis, summę audacię, factiosus. SEPTVS. id est, adglomeratus. TOT CVSTODES. id est, tam multos milites, quibus is instructus.

QUI ALIOS REPREHENDIT, SE PRIMUM CASTIGET.

Quū fueris censor, primū te crimine purges:
Ne tua te damnent facta nefanda reum.

QVVM. Si quando fueris iudex (hortatur Michaël) fac in primis temetipsum peccato libera, ne tua pessima scelera, dum iudicas, temetipsum condemnent. Hieronym. in Aureo. Non confundant opera sermonem tuum: ne quum in ecclesia loquaris, quisq; respondeat: Cur hęc dicis, non facis? Sacerdotis os cum mente concordet. Nam quomodo preses ecclesię auferet malum de medio eius, qui in delictum simile corruerit: aut qua libertate corripiet peccantem, quū tacitus ipse sibi respondeat, se admisisse quę corripit? Perdit enim authoritatem docēdi, cuius operibus sermo destruitur. Cicero quoque in Sallu. Carere debet omni uitio, qui in alie Cicero in rū quoq; dicere paratus est. CEN. id est, arbiter, & iudex. Sallustiū. Varro

Salomō.
Ecclesia
sticus.

Fugit im-
pius ne-
mine p-
sequente.

Varro lib. I. Censor ad cuius censionem, id est, arbitriū, cenferetur populus. NEFANDA, id est, intoleranda.

NON DEBEMVS NOSTRA NE-
gligere, ut aliena curemus.

Ne tua contemnas aliena negotia curans:

An tibi te quisquam iunctior esse potest?

NE. Caue tua negotia contemnas, ac perdas (hortatur uates) aliarum curando negotia personarum: quoniam dic mihi, rogat deinde, num quis tibi propior te unco esse potest: unde Matthæi ca. xv. Nō sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Et paulò inferius: Non est bonum nū sumere panem filiorum, & mittere canibus. Terent. in Heauton. Tantum ne est ab re tua otij tibi, aliena ut cures? Idem in filiorum, And. Heus tu proximus sum egomet mihi. CONT. id est, & mitte postponas. CURANS. id est, administrans. & participiū re cani = est. quò minus accuratè, Ne tua contemnas, aliena negotia curans: uersus clauditur. Sic Vergilius lib. ij. Aeneid. Classes & littora linquens. Quo loco Seruius ita docet: Linquens finitus est uersus participio, quod raro fit apud Latinos: apud Græcos uerò est uitiosissimum. IUNCTI. TE. id est, magis coniunctus temetipso.

AMICO SIC PROSIS, VT
tibi non obsis.

Esto memor charo semper prodesse sodali:

Præstita sic noceat ne tibi sedulitas.

ESTO. Memento, suadet Verinus, in omni negotio amico tibi fido prodesse: tamen ea, inquit, uia ne diligentia tua erga amicum propensa tibi nocitura sit. Ecclesiasticus cap. xxix. Perde pecuniā propter fratrem, & amicum, & non absce

abscondas illam sub lapide in perditionem. Idem aliquantò inferius: Recupera proximum secundum uirtutem tuam: & attende tibi, ne incidas. Cice. lib. I. de Offi. Omnia autem commoda hominum uidentur ea, quæ sunt generis eiusdem: quod ab Ennio positū in una re transferri in multas potest: ut homo qui erranti comiti uia monstrat, quasi lumen de suo lumine accendat, facit nihilo minus ut ipsi luceat, quum illi accenderit. Qua ex re satis præcipit, ut quicquid sine detrimento cōmodari possit, id tribuatur uel ignoto. CHA. id est, fido. Ab eo quod sequitur, id quod præcedit accipiamus.

DE EADEM RE.

Sic utêre tuis, egeas ne rebus amici:

Sarcina nanque humeris tota ferenda tuis.

SIC. Tanta prudentia tuis rebus uti debebis (præcipit poëta) ut amicorum rebus minimè tibi egendum sit: quoniam uniuersæ supellestilis, & rei familiaris onus, tuis humeris portandum est. Eccles. cap. xl. Fili, in tempore uitæ tuæ ne indigeas: melius est enim mori, quàm indigere. Idem capite xxxij. Filio, & mulieri, fratri, & amico non des potestatem super te in uita tua: & nō dederis alij possessionem tuā, quàm in ne forte poeniteat te, & depreceris pro illis. Dum adhuc sudigere. peres, & aspiras, non immutabit te omnis caro. Melius est enim ut filij te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum. Iustinus libro x. de Artaxerxe Persarum rege, qui Dario filio regnū per indulgētiam ante obitum tradiderat, atque omnem statim ingratiudinem tolerauit, ita memorat: Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore contracto decedit, rex quàm pater felicior. REBUS AMI. id est, rebus amicorum. TOTA SAR. id est, uniuersum rei familiaris onus. Alio sensu Apostolus ad Gal. cap. v. scripsit: Vnusquisq; Vnusquisq;

que sarcini enim sarcinam suam portabit. Valla libr. iij. Sarcina utensilia sua sunt eorum, quae ad cultum, ad ornatum, ad caeterum usum portabit. pertinent: ut sic dicam, fascis, quem quis in itinere faciendo comportare possit. Siquidem milites, quum castra mouere uolunt, sarcinulas colligere dicuntur: & qui in aliam domum migrant, sarcinas suas componere. V T E R E. id est, uteris, futuri temporis: quod syllabae quantitas indicat.

AMICI PAUCISSIMI.

Millibus ex multis unus uix fidus amicus:

Hic albo coruo rarior esse solet.

MILLIBVS. Vix unus fidelis, & constans amicus, ex multis amicorum millibus inuentus, asseuerat uates, atque huiusmodi amicus rarior coruo albo inueniri solet. Ecclesia.

In tenta= cap. v. Si possides amicum, in tentione posside eum, & ne tione pos facile credas ei te ipsum. Cic. quoque in Laelio, siue lib. de A= sice ami= mic. Verumque illud est, quod uulgo dicitur, multos modios sa= cum.

lis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit. RARIOR ALBO CORUO. q. d. qui nusquam inuenitur. sic Iuue. Felix ille tamen, coruo quoque rarior albo. Et idem satyr. v. de Sabinarum castitate: Rara avis in terris, nigroque simillima cygno.

OMNES DIVITES AVARI SUNT PAUPERES.

Quaerere diuitias, & semper egere, furoris

Est summi, ut partas destruat alter opes.

QVAERERE. Exaggerare thesauros, & inter ipsos parcissime ob auaritiam uiuendo indigentiam pati: extremae, Ecclesia= inquit poeta, dementiae est, ut postquam illas comparatis, ab stes. ter, hoc est, haeres, consumat. Ecclesia. cap. v. Est & aliud malum,

malum, quod uidi sub sole, & quidem frequens apud homines: Vir, cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, et nihil deest animae suae ex omnibus quae desiderat, nec tribuit potestatem Deus ut comedat ex eo, sed homo extraneus uorabit illud. Idem cap. 2. Rursus detestatus sum omnem Idem, industriam meam, qua sub sole studiosissime laboravi, habiturus heredem post me, quem ignoro utrum sapiens, an stultus futurus sit: et dominabitur in laboribus meis, quibus desudavi, & sollicitus fui. Et est quicquam tam uanum? Iuena. saty. xiiij. Sed quomodo diuitias haec per tormenta coactas? Quum furor aut dubius, quum sit manifesta phrenesis, Vt diues moriaris egenti uiuere fato. DEST R. id est, dilapidet, & consumat. O P E S. diuitias. Festus: Ops dicta est coniunx Saturni, per quam uoluerunt terram significare, quia omnes opes humano generi terra tribuit.

VNVS PRINCEPS.

Non capit una duos maiestas regia fratres:

Fraterno rubuit sanguine Roma recens.

NON. Unica regni, imperialisque throni maiestas, & amplitudo non sustinet duos, quamuis fratres, asseuerat uates: quod exemplo duorum Romae regulorum docet: nam Roma adhuc noua, inquit, fraterno sanguine, hoc est, Remi fratris Romuli foedata est. Ennius apud Ciceronem libro Nulla sancta societas, nec fides regni est. Ita societas, nec fides regni est. Luc. libr. i. Phar. Fraternali maduerunt sanguine muri. Hist. Liuius libro primo ab urbe condita, ad hunc modum commemorat: Interuenit deinde his cogitationibus est. auitum malum, regni cupido: atque inde foedum certamen coortum a satis miti principio, quoniam gemini essent, nec aetatis uerecundia discrimen facere posset, ut dii, in quorum

tutela ea loca essent, augurijs legerent eum, qui nomen noue urbi daret, qui conditam imperio regeret: Palatium Romulus, Remus Auentinum ad inaugurandum templa capiunt: priori Remo augurium fertur sex uultures: nuntiato augurio, quū duplex numerus Romulo sese ostendisset, utrumque regem sua multitudo consalutauerat tempore illi praecepto: at hi numero auium regnum trahebant: inde cum altercatione congressi, certamine irarum ad caedem uertuntur, ibi in turba caesus Remus cecidit. Vulgatiore fama est ludibrio fratris Remum novos transfiliisse muros, inde ab irato Romulo cum uerbis quoque increpitans adiecisset, sic deinde quicumque alius transfiliisset moenia mea interfectum. MAIEST. id est, magnitudo, et amplitudo. R V B V I T. id est, aspersa, foedata, pollutaque est.

VITA TYRANNI MISERRIMA.

Quid quæris? si nota foret tibi uita tyranni:

Priuatius malles sedibus esse tuis.

Q. V I D. Quidnam affectas, subaudi esse tyrannus, rogat poeta. q. d. falleris. nam si tyranni uita tibi innotesceret, uelles potius tam infelici imperio priuatus intra fortunas tuas contentus uiuere. Salo. Prouer. cap. x i. Multi tyranni sederunt in throno, et insuspiciens portauit diadema. Multi potentes oppressi sunt ualide, gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Cic. lib. i. de Offic. Etenim qui se metui uolent, à quibus metuntur, eosdem metuât ipsi necesse est. Quod statim Dionysij superioris, et Alexandri Pherei tyrannorum exemplo docet. Nam de illo ita scribit: Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angisolitum, qui cultros metuens tonsorios, candenti carbone sibi adurebat capillum? De hoc ita subiicit: O miserum, qui fideliorum,

Dionysius.

liorem, et barbarum, et stigmaticum putaret, quam coniugem. Neque eum sefellit opinio: ab ea est enim ipse propter pellicatus suspicionem interfectus. Vnde Iuue. satyra x. Ad generum Cereris sine caede, et uulnere pauci Descendunt reges, et sicca morte tyranni. TYRANNI. id est, regis alieno imperio crudeliter incubentis. P R I V A. id est, sine tali tyrannidis magistratu.

DE SYLLA FELICI.

Imperium posuit, tunc uero nomine felix:

Nam prius iniustus Sylla tyrannus erat.

Sylla.

IMPE. Exemplo approbat superioris distichi sententiam, dicens: Lucius Corne. Sylla tunc uero cognomine felix imperium Romanum, quod tyrannide occupauerat, hoc est, dictaturam deposuit: nam quum dictaturam, ipsumque Imperium teneret, iniustus tyrannus uerius erat. Hoc autem dicit, quoniam Sylla post bellum Mithridaticum, C. Mario uij. consule uita defuncto Romam reuersus, C. Mar. filio uicto, caesoque, post nunquam nec uisas, nec auditas ciuium caedes dictaturam tyrannide usurpauit, quam post uisionem hostium satis felix uisus, quò securior cetera uita foret, deposuit. Plinius de uiris illustribus: Lucius Corne. Sylla in fortuna felix dictus, cum paruulus à nutrice ferretur, mulier obuia, Salue (inquit) puer, tibi, et Reipublicæ felix. Et statim quaesita quæ hoc dixisset, non potuit inueniri. Idem paulò inferius: Marium apud Sacriportum, Thelesinum apud portam Collinam uicit: Mario filio Prænesti interfecto, felicem se dicto appellauit. Idem paulò adhuc inferius de morte Syllæ ait: Republica ordinata dictaturam deposuit, inde spe deceptus Puteolos concessit, et morbo, qui phthiriasis uocatur, perijt. F E L I X. id est, fortunatus, Lucanus libro ij. Phar.

His ne salus rerum? felix his Sylla uocari? His meruit tumu-
lum medio sibi tollere campo?

FESTINATIO, ET IRA
sunt inimicæ consilio.

Consilium præceps sequitur plerunque ruina:
Ira quoque est ualde noxia consilio.

CONSI. Ruina, & infelicitas subsequitur sæpe numero
consilium de repete sumptum, asseuerat Verinius, iracundia
etiam consilio capiendõ uehementer contraria est. Ecclesia.
Ante iudi cap. xxij. Ante iudicium para iustitiam tibi: & antequam
ciũ para loquaris disce. Ante languorem adhibe medicinam: & ante
iustitiam iudicium interroga teipsum. Cic. libr. i. de Offic. Sed tamen
tibi. ira procul absit: cum qua nihil recte fieri, nihil considerate
potest. CONSILIO. id est, deliberationi. Consilium scri-
bit Cice. lib. i. Rhetor. ueteris aliquid faciendi, aut non facien-
di, uera ratio excogitata.

DE VICTU MODESTO.

Sit facilis uictus, nullo iritante sapore:
Sed stomachũ, et gustũ mordeat ipsa fames.

SIT. Sit cibus tibi nõ exquisita coquorum arte paratus,
præcipit uates, & nullo nimis delicato sapore gulam exci-
tante: sed ipsa duntaxat fames & stomachum, & gustum ti-
Noli esse bi prouocet. Salo. Prouerb. cap. xxij. Noli esse in conuiujs
in conui- potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad ue-
uijs pota- scendum conferunt: quia uacantes potibus, & dantes symbo-
torum. la consumuntur. MORDEAT. id est, excitet, ac peruellat.
Horatius libro ij. Sermo. Rapula, lactucæ, radices, qualia
lassum Peruellunt stomachum. VICTVS. id est, cibus, &
potus. Vlpianus libro Digest. 50. Victus uerbo continentur
quæ

quæ esui, potui, cultuiq; corporis, quæq; ad uiuendum ho-
mini necessaria sunt. Vestem quoq; uictus habere uicem La-
beo ait. Cætera, quibus uiuendi curandiq; corporis nostri
gratia utimur, ea appellatione significantur. Valla lib. v l. pa-
rum considerato Vlpiani proposito aliter iudicat.

DE PAUPERE.

Si pauper fueris, sit parsimonia munda:
Nec neglecta tibi simplicitas fuerit.

SI. Si pauper, atque in paucis fueris cõstitutus (præcipit
poëta) ipsa bonorum paucitas sit omnino sine uitijs, nec con-
temnas simplicitatem, minimeq; astutam mäsuetudinem. Vn-
de Salomon Prouerb. cap. xxij. Qui diligit cordis mundi-
tiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum
regem. Idem cap. xxvij. Melior est pauper ambulans in sim-
plicitate sua, quam diues prauis itineribus. Idem rursus pau-
lo inferius: Qui ambulat simpliciter, saluus erit. M V N D A.
id est, peccatis non attaminata. P A R S I. id est, moderatus
sumptus: à parcendo dicta est, in qua qui uiui, t diues est. Lu-
cretius libro v l. Quod si quis uera uitam ratione gubernet, saluus e-
Diuitiæ grandes hominis sunt uiuere parcé. N E C N E-
G L E C T A. Imò chara: & est liptote.

LAVS MODESTA, VI-
tuperatio modica.

Si quem laudaris, parcè laudare memento:
Crimina culpato parcius ipsa tamen.

SI QVEM. Si quempiam laudibus commendaueris, hor-
tatur poëta, fac memineris, parcè, ac nõ ultra hominis meri-
ta illum nobilitare: tamen memeto, inquit, delicta quũ alicui-
ius incusaueris, modestius adhuc illa uituperare. Vnde Salo,

Qui corripit hominem, gratiam
 ripit hō = postea inueniet apud eum: magis quam ille, qui per linguam
 minē, gra blandimenta decipit. Idem capi. xij. Qui suavis est, uiuit in
 tiā postea moderationibus: in suis monitionibus relinquit contumeliā.
 inueniet & Vergilius in Bucolicis: Parcius ista uiris tamen obijcien
 apud eū. da memento. Apostolus tamen ad Timot. seuerius præcipit
 dicens: Delinquentes autem coram omnibus argue: ut cæteri
 metum habeant. PARCIUS id est, moderatius.

AVTHORITAS DICENTIS NON
 est attendenda, sed quid dicat.

Nec te dicentis moueat reuerentia: sed quod
 Dixerit, attendas qua ratione probet.

NEC. Non te moueat in hanc, uel in illam sententiam
 aliqua de re differentis authoritas (consulit Michaël) sed
 quod locutus fuerit ponderes, ac trutinere qua ratione cor=
 roboret. Hoc ideo dixit, quia sæpe (nisi aduertat) is, qui au=
 thoritatem habet, uincet eum, qui ratione nititur, sed nō tan=
 tæ habetur authoritatis. quod in Republica crebrò fieri so=
 let. Vnde Ecclesiasticus cap. vi. Verba sunt plurima, mul=
 tamq; in disputando habentia uanitatē. Et Iuuenalis satyra
 iij. de his, quorum authoritas exigua est, dixit: Hæc eadem li=
 cet & nobis laudare: sed illis Creditur. Puto autem allego=
 ricè de suis quoque sententijs poëtam sensisse, quæ & si à
 puero promulgatæ, non tamen contemnendæ. PROBET.
 id est, testetur.

PETRO RIDOLPHO
 Nicolai filio.

Nil tibi rescripsi, ueniam concede Ridolphe:
 Hic morbi quintus iam mihi mensis adest.

NIL.

NIL. Nullas ad te literas alternas rescripsi, ô Ridolphe,
 ait Verinus, tamen da ueniam, rogat: quia si tuis literis con=
 solatorijs nihil respōdi, morbus meus in causa fuit: cuius tæ=
 dio quinq; iam mensibus grauor. q. d. aliàs erat in retribuē=
 do nemo magis impiger. Sic Vergilius aduersæ ualeitudinis
 tædio Aeneida cremari iussit: sed Augustus uetuit. Vnde il=
 la reliquit carmina de ea re: Frangatur potius legum uene=
 randa potestas, Quam tot congestos noctesq; diesq; labo=
 res Hauserit una dies. Qua de re Ecclesiastes capi. viij. Sunt iusti
 iusti, quibus mala proueniunt: quasi opera egerint impiorū: quibus ma=
 & sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorū facta habeāt. la proue=
 NIL TIBI RESCRIPSI. poëticè dixit. Oui. in epi. niūt, qua
 Penelo. Nil mihi rescribas. Oratoriè locutus fuisset. Nil ad si opera
 te rescripsi. RIDOLPHVS Nicolai cuiusdā filius amicus egerint
 erat Verino, ad quem literas puto consolatorias dederat. impiorū.

SIMONI CANISIA=
 no amico.

Non me uisisti, sexto quum mense laborem,
 Dic ubi traxisti Canisiane moras.

NON. ô Canisiane, non seorsum egisti, ut me non uide=
 res, ac salutare, cum iā sexto mense morbo grauer meo, cō=
 queritur Verin. Dic igitur quo loco tātās procrastinasti, ac Fidem
 distulisti retardationes? significat autem Simonem Canisia=
 num non satis amicè fecisse, qui in morbo amici factus fue=
 rit immemor: non seruato Eccle. consilio cap. xxij. ad hunc co in pau=
 modum præcipiētis: Fidem posside cum amico in paupertate il=
 te illius, ut in bonis illius læteris. In tempore tribulationis lius, ut in
 illius permane illi fidelis: ut in hæreditate illius cohæres sis. bonis il=
 Sanè hoc genus charitatis expressit Vergil. libro ij. Aeneid. lius læte=
 dicens: Vnum & commune periculum, una salus ambobus ris.

P S

erit. VISISTI. uenisti ad uidendum. Terentius in Eunucho. Vise amabo non fiet. Et est non desideratum (ut quidam obscuro auctores appellauerunt) sed motiuum, ut Valla lib. I. appellare censuit.

AD PETRUM HORTANTEM UT
salutem recuperet posita uirginitate.

Cur Petre uirginem hortaris me ponere florē?

Non faciam, uel si hoc certa parāda salus.

CUR. Petrus amicus Verini fuit, et, ut quidam uult, insignis medicus, sicut Leonem supra diximus. Hic amici poetae misertus, ad salutem coitus purgatione recipiendam, uitamque propagandam subinde eum hortabatur: cui Michael, Quare, inquit, ob longioris uitae spem dubiam, me hortaris illibatum, atque intactum uirginitatis meae florem perdere? non faciam, quamuis certa salus esset, ac uia, atque hoc pretio redimenda. Quasi illud Sapien. cap. iij. memoria non solum teneat, sed etiam repetat: Placens Deo factus dilectus, et uiuens inter peccatores translatus est: raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius: aut ne fictio deciperet animam illius. FLO. VIRG. Apta comparatione utitur. Sic Cantorum cap. ij. Ego flos campi, et liliū conuallium. PETRE priorem syllabam natura corripit. Sedulius in Paschali: For te Petri ualide torreat lapidos aeternus. VIRGINE. id est, castum, et purum. Hoc nomen uirgo esse epicœnum supra dicere ausi sumus: nec quisquam eo me ridebit. nam Marcell. ita profitetur: Virgines non solum foeminae dicuntur, uerum etiam pueri inuestes. Nam et quicumque ex ephebis excesserant, de uirginari dicebantur. Varro: Quam sympathiam lumbat oculos haberet, Quid imaginum interesset, puer utrum esse

Petrus
priorem
corripit
naturaliter.

esse de uirginatum usus, an monuce puros purus dum cogito. CERTA. quasi dicat, multo minus quā dubia paratur.

AD PAULVM RONCILIONEM
de medicorum consilio.

Promittunt medici coitu mihi Paule salutem,

Non tanti uitae sit mihi certa salus.

PROMITTUNT. o Paule Roncilio charissime, mihi magister, et doctor, salutem et sanitatem, muliebri concubitu, mihi medicinae prudentes pollicentur, inquit Verinus: sed haec salus, quamuis certa, nunquam tanto a me pretio aestimetur. Et ita affatur Paulum Saxiam, quasi roget: quid tu mihi consulis? nonne satius tibi hoc fore apud Deum uideatur? COITV. id est, muliebri concubitu: hoc enim proprie significat: quamuis Coeo uerbum a con deriuatur, et concumbere, et simul coniungi significat. Et coitio, id est, coadunatio, dicitur. Teren. in Phor. Vide quid agas, prima coitio est acerrima. TANTI. id est, tanta aestimatione. ita enim per ablatiuum debent illi pauci genitiui cum quibus uerba pretium significantia construuntur, resolui sub genere neutro substantiuato: ut Valla li. iij. uigilantissima lucerna elucubravit. Tale est illud, Accipe grassator, funesta pecunia tanti Non mihi sit stulto. Quod in nostro elegio scriptum est: quasi dicat, quum Galliam traiceremus literarum gratia Italiam uersus iter facientes, postquam citra oppidum, cui nomen sancta Euphenia est, a grassatoribus auro, et caetera suspectili spoliati fuimus, non tam ob sarcinulas, quam quod Italiam inuisere interpellabamur, lamentati sumus. In quo opusculo de Mattheo a Nolis grassatore (si bene perme mini) illi uersus leguntur: Lustrauit mediam pueris mirantibus urbem, Verberibus patiens, ambas quam perderet ante

Prima
coitio est
acerrima.

antè Auriculas: reliqua quibus ipse etate carebit.

AD PIERIDES.

Quæ mora Pierides tenuit? succurrite morbo
Pallida lethifero uix tegit ossa cutis.

QVÆ. O' musæ Pierides, quæ tanta uos tenuit retarda-
tio (rogat poëta) appropriate obsecro: nam pellis pallida
uix contegit ossa morbo: mortifero, hoc est, mihi paulatim
Job cap. morienti. Sic Job capite XIX. Pelli meæ consumptis car-
XIX. nibus adhæsit os meū: & derelicta sunt tantummodo labia
circa dētes meos. Misere mini mei, misere mini mei, saltē uos
amici mei: quia manus Domini tetigit me. PALLIDA, id est,
lutei coloris. Persius satyr. iij. Surgit tacitè tibi lutea pellis.
VIX TEGIT. Pathos à commiseratione, id est, ut Quinti-
lianus libro sexto interpretatur, affectus. Vergil. in Bucō.
His certè nec amor causa est, uix ossibus hærent. De Pieridi-
bus autem suprà dictum est.

AD CALLIOPEAM.

Hic mihi iam sextus mēsis post mille labores:
Affer opem uati Calliopea tuo.

HIC MI. Calliopen nouem musarum longè principem
seorsum implorat uates ita inuocans: Hic mensis mihi post
innumerabiles labores, quos perpeffus sum, iam sextus agi-
tur, quare ô Calliope, poëtæ obsecro ser opem tuo. CAL-
LI. id est, musa, quæ poëtis auxiliaris. Sanè uoce usus est
Callio- Latina: nam Græcum esset Calliopeia: quæ à pulchro ore,
pea heroi siue forma dicitur. Ophetos enim uirtus faciēsque dicitur,
corum uacillos uerò pulchritudo. Heroicorum hæc uatum fau-
trix tum fau- habetur. Vergil. de musarum inuentis: Carmina Calliope li-
trix. bris heroica mandat. ergo imploratur à poëta, quoniam &
heroi

heroicos poterat modulari uersus: ut tria carmina illa infra
scripta testantur: non autem quòd medicinam norit sicut A-
pollo. AFFEROPEM. id est, ser auxiliū: & re uera, tã-
quam ipsa quoque medicinam calleat, eius opem implorat.

AD APOLLINEM.

Pulcher Apollo ueni, deferq; salutifer herbas:
Tã citò si moriar, crimen Apollo tuum est.

PVLCHER. O' formose Apollo. q. d. qui poëtarū habe-
ris Deus, ueni, supplicat uates, & tu qui salutē afferre potes.
q. d. quū medicinæ fueris inuentor, & creditus Deus, affer
herbas salutiferas: nam si in tam uiridi adolescentia uitz de-
fungar, huius impietatis culpa nulli alij quàm tibi imputāda
est. APOLLO. id est, Deus diuinationis, qui faues poëtis.
Macrobius lib. I. Saturnaliorū: Plato solem Apollina cogno-
minatum scribit, ἀπὸ τῆ βάλλερ τὰς ἀκτινας, id est, à iactura
diorū. Præterea Apollo Deus diuinationis habitus est, atq; Apollo.
ideo à poëtis inuocatur. Idem paulò superius: Virtutem igi-
tur Solis, quæ diuinationi, curationiq; præst, Apollinem
uocauerunt. Præterea inuentor medicinæ habitus est. Idē ali Amor
quantò inferius: Hinc est quòd eidem attribuitur medendi po nullis
testas: quia temperatus Solis calor morborum omnium fuga herbis
est. DEFER. HER. Vnde Ouid. lib. I. Meta. Hei mihi quòd est medi-
nullis amor est medicabilis herbis. cabilis.

DE LUXURIA.

Luxuria est p̄dulce malū, quã carpere multi,
Sed pauci uitare queunt: pariturq; labore
Virtutis robur, corrumpunt otia mentem.

LUX. Luxuria est mellitus animi morbus (definit Mic.)
quam

quam multi tanquam pessimam incusare quiverunt, sed quam paucissimi cavere potuerunt: nam uirtutis fortitudo, siue robur, quo luxuria uitatur, labore comparatur: quem pauci tolerare adnituntur. Otia uero, quae à plerisque adamantur, corrumpunt animam: quoniam in luxuriam uidelicet illam trudent. Vnde Salomon in Prouerb. v. ita commonefacit: Ne intenderis fallaciae mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, et nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara, quasi absynthium: et lingua eius acuta, quasi gladius. PAVCI VITA. Quae Apostolus ad Roma. Qui dicis non moechandum, moecharis? VIRTUTIS RO. quasi dicat, quo luxuria maxime uitatur. Vnde Teren. in Eunu. Si quidem hercle possis: nihil prius, aut fortius, subaudi, quam non redire ad Thaidem. CORRVM OTIA. Idem in Heauton. Nulla adeo ex re istud fit, nisi ex nimio otio. CORR. id est, uitiant. Iuue. sat. i. Nurus corruptor auaræ.

VITIA, ET NON MORES
carpendi.

Parcere nominibus nostri didicere libelli:

Crimina non homines, nostra Thalia premit.

PARCE. Nostri distichorum libelli à sapientibus, quos sectamur, ait poeta, didicere propria delinquentium nomina non pro palare: itaque nostra musa Thalia hominum uitia carpit, non autem eorum qui ea patrarunt nomina. Salomon item cap. xxx. sic precipit: Ne accuses seruum ad domum suam. ne forte maledicat tibi, et corruas. Persius satyra i. Vide sis ne maiorum tibi forte Limina frigescant, sonat hic de nare canina Littera. Mar. li. x. Hunc seruare modum nostri didicere libelli, Parcere personis, dicere de uitijs. NOS. THA. id est, nostra musa, hoc est, Christiana. sicut Verg.

Verg. in Buc. Nostra nec erubuit syluas habitare Thalia. id est, Romana. quo loco Seruius Thalia, inquit, Græcè Thaleia: nam Latine Thalea diceretur. Sanè Thalia celebritas interpretatur: quoniam in longum tempus poetarum laus uirescens celebretur. Præterea Thalia Comicis præest scriptoribus. Vergil. de musarum inuentis: Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.

DE EADEM RE.

Relligio Christi personis parcere iussit:

Vnde meo nullus carmine iniustus erit.

RELLIGIO. Christi religio, quae unica religio est, iussit parcere personis (testatur Mic.) quare nullus meo uersu notatus erit. Matt. c. xvij. Si autem peccauerit in te frater tuus: Si peccauade, et corripe eum inter te, et ipsum solum. Si te audierit, lu uerit in te cratus eris fratrem tuum. Si autem non audierit, adhibe tecum frater adhuc unum, uel duos, ut in ore duorum, uel trium testium stet omne tuum etc. uerbum. RELI. id est, metus Dei, ab eo quod mentem religet dicta religio, ut scribit Seruius in lib. Aenei. INUSTVS. id est, reprehensus, et notatus: hoc est, ignito cauterio in fronte signatus: quod seruis erroneis, quod facilius fugientes deprehendantur, fieri consuevit. Ergo metaphora usus est.

AD VERSIFICATOREM.

Vna bis centum componis carmina nocte:

Abnescis scombris carmina quanta facis.

VNA. Versificatorem quempiam irridet, qui poetæ disticha per pauca esse garriebat: et se, uel unius noctis lucubratione, ducenotus uersus facturum iactabat: cui Michaël, Vna (inquit) nocte bis cetera carmina componis: ah doleo arrogantiam, et dissolutionem tuam, qui parum intelligis quam magnos scombris

Scombris pisciculis cucullos facis. Sic Salomon Prouerb. ca. x. Sapientes abscondunt scientiam: os autem stulti confusio=
abscon= ni proximum est. Idem cap. xxvi. Sapientior sibi stultus
dūt sciē= uidetur septem uiris loquentibus sententias. S COM BRIS,
tiam. id est, pisciculis in macello uenalibus. Sunt autem scombri
(ut Plinij libro I x. uerbis utar) quibus est in aquis sulphu=
reus color, extra qui cæteris. Hispaniæ cetarias his replent,
thynnus non commeantibus. Strabo item libro iij. ad hunc
modum scribit de Hispania Bætica: Dehinc Herculis insu=
la est ad Carthaginem spectans: quam à scombrorum multi
tudine captorum, Scombroariam uocant: ex quibus garum
Scombri. (optimū hoc salsamenti genus est) conditur. Scombri igitur
pisciculi ad conficiendum garum, sociorū appellatū, uen=
debantur, & papyraceis tegminibus portabantur, qui cucul=
li appellantur, quibus faciēdis leuissimū cuiusque poëtæ libri
seruiebant. Mar. lib. iij. Vel turis, piperisq; sis cucullus. Per=
sius satyra I. Linquere nec scōbros, metuētia carmina, nec
tus. Cuculli nostris quoq; tēporibus à pharmacopolis fiunt.

CONSULAS PRIUS,

quā facias.

Nil temere incipias, sed primū consule, cæpti

Nam multos serò pœnituisse liquet.

NIL. Nullum inconsultē inchoes negotium, hortatur
Michaël, sed primū à temetipso cōsiliū petito, quoniam
multos tardē pœnituisse manifestum est. Ecclesiasticus ca=
Sine iudi pite xxxiii. Verum sine iudicio nihil facias graue. Sal=
cio nil fa lust. in Cati. Nam & prius, quā incipias consulto, & ubi
cias gra= consulueris, maturē opus est factū. Iuuenalis satyra I. Tecū
ne. prius ergo uoluta, Hac animante tuba galeatum serò duelli
Pœnitet. LIQVET. id est, liquidum est. Terentius in Eunu.

Illum

Illum liquet mihi deierare: his mensibus sex uel septem pror=
sus non uidisse proximis. Vbi Donatus ad hunc modum
trahit: Et est uerbum iuris, quo utebantur iudices, quum
amplius pronuntiabant obscuritate commoti causæ, quā
negotij simplicitate.

VERECUNDIA, ET PV=

dor honesti mater, & frænū

uitiorum.

Improba quid rides? uerecūdia mater honesti
 Fræna pudor turpis criminis esse solet. (est.)

IMPROBA. Quare, ô mulier lasciuæ, cachinnaris, ro=
gat poëta, quum præsertim uerecundia totius sit mater ho=
nestatis: & quum pudor esse soleat tanquam omnis turpitu=
tudinis fræna quædam. Hinc est quod Salomō Prouer. cap.
vij. ita carpit: Garrula, & uaga, quietis impatiens, nec ua=
lens in domo consistere pedibus suis. Et Lucretius libr. iij.
ita modulatur: Quam famulæ longē fugitant, furtimq; ca=
chinnant. Terentius in Eunuc. Ah, ah, ah, perij, defessa iam
miseram sum te ridendo. VERECUNDIA MA. HONE.
Vnde Ecclesiasticus cap. xxxij. Ante grandinem præbit Ante grā
coruscatio: & ante uerecundiam præbit gratia, & pro re=
uerentia accedet tibi bona gratia. PVDOR SOLET ES= bit coru=
SE FRÆNA. Latina est elocutio. Nam rectus ille, quem scatio, et
uerba copulatiua post se requirunt, in casu semper conucnit, ante uere
in numero autem, aut in genere non semper, ut hoc loco. Lu cundiam
canus libro iij. Phar. Omnia Cæsar erat. Ouid. lib. I. Meta. gratia.
Omnia pontus erat. Verbum quoque in his elocutionibus
uiciniore substantiuo redditur.

REGNUM EST GRA-
ue, & periculosum.

*Si scires quanti plenum diadema pericli est:
Malles Sisyphij ponderis esse reus.*

F I N I S.

SI. Si compertum haberes, o lector, testatur Verinus Mi-
chaël, quam magni pericli regalis corona summumq; impe-
rium abundat, malles saxum damnatus uoluere apud infe-
ros, quale Sisyphus urget, quam esse rex. Ecclesiasticus cap.
x. Regnum a gente in gentem trāsfertur, propter iniustitias,
& iniurias, & cōtumelias, ac diuersos dolos. Sene. in Hip-
po. Admota æthereis culmina sedibus Duros excipiunt no-
tos, Insani Boreæ minas, Imbriferumq; Corum. Loquitur
enim metaphoricè. DIADEMA. id est, regalis corona. Est
enim regale gestamen: à *διὰ δέω*, id est, circūligo, dictū: ha-
bet enim duas uittas appendices, quibus ligatur caput. Iuue-
nalis saty. xij. Ille crucem pretiū sceleris tulit: hic diadema.
SISYPHI POND. id est, saxi. Verg. libr. primo: Saxum
ingens uoluunt alij. Ouidius lib. iij. Meta. Aut petis, aut ur-
ges ruiturum Sisyphæ saxum. Nimirum Sisyphus Aeoli fuit
filius: qui cum Isthmum latrocinij infestaret, à Theseo in-
terfectus, huiusmodi poena (ut est in fabulis) apud inferos
damnatus fertur, ut ex ima ualle saxum ad montis uerticem
nunquam urgere desistat: quod ubi ad montis cacumen per-
uectum est, in imam rursus uallem relabitur: quapropter
denuò iterandus est labor. Hac fabula notantur ambitio-
si, qui tametsi in magistratibus petendis crebrò repulsam
acceperunt, nihilo magis ab ambiendo desistunt. quod la-
tenter poëta uidetur sentire. Et quoniam è scopulis ena-

uiga

uigauit oratio (ut Diuus Hieronymus ad Heliodorū scribit)
iā epiloge celestima cantandum est, sentiendumq; cum Ec-
clesiaste capite nouissimo ita opus claudēte: Faciendi
plures libros nullus est finis, frequēsq; medita-
tio, carnis afflictio est. Finem loquendi pa-
riter omnes audiamus. Deum time,

& mandata eius obserua.

Hoc est, omnis ho-

mo. Cūcta quæ

fiunt ad-

ducet Deus in iudicium pro o-

mni errato, siue bonum,

siue malum sit.

Deum ti-
me & mā-
data eius
obserua.


q 2

Sisyphus
Aeoli fi-
lius.

Hic est. libro. et de. andrea. tuarell
quien. lo. allare. buel. baselo.
por. que. de. ara. nueva. merce.

LUGDVNI,
Excudebant Ioannes &
Franciscus Frellonii
fratres.

I 5 4 6



7
domino petro condiscipulo
locarissimo ac familiari
suo fabianus caruagal-

Salutem

quamquam pro verbium in quid magno
corpore parua opera in petre nolem
ut illud pro uerbum quod ex aditumes in
pistolamea, de ediceretur, cum prober
singulare genus. tum. vero prober eg
regias animi sui uirtutes. ideo cupio
ne uolum in diuitem labis in te ipso repe
riatur. non te mercedo. cogites hie no
ster magister quamquam oculis cap
tus tamem in genio preditus dicta e
nobis e pistola componendam ceteri
omnes prouiribus suis laborant proferu
in in medium litera sua ad medicam
dictata si bene si uenit bona prae te
et se semper facentem in te in dolor ca
pi si uexat te in te in quavis de amicus
fuit temporis numquam des tibi aliqua
causa non legendi ego com sulturis
eram te cum sis uir ego autem